Sed quid de Iona dicã? qui ore dei præceptū ad ciuitatem pergendi Niniue habuit: & tamen in tarſis a facie fugiebat domini: qui nec occidit eū: ſed magis in uētre cæte tutauit illū: donec piſcis in littore maris euomit eū. Quid ultra: quum tāte impietatis & iracundie plenus fuerit Ionas? ut expectans deſolationē ciuitatis: & nō ueniēs: maxima uexatus eſt ira. Et tamen cōſolatus eſt eum dominus. Putandū eſt ꝙ fiducialiter: aut nimia ſimplicitate agebat cū domino. Ideo dictum eſt. Qui ambulat ſimpliciter: graditur confidēter. Sed non ita cum audacibus & præſumptuoſis: qui ingerere ſe audēt negotiis ſpiritualibus: & diuinis: cum ſenſuales ſint & uani corde.

✠

Paragraphus ſecundus.

Sicut ille q cum ſuſtinēdi gratia manū appoſuiſſet ad archam dn̄i: quæ cadere uidebat̃ a ſacerdotibus: dum duceret illā domū ſuam Dauid: qa illicita ſibi agere præſūpſerat: interfectus eſt a domino.

Paragraphus tertius.

Ita & filiis Aarō euenit præſumētibus laico igne incenſum adolere domino. Vnde & ipſi etiā corruerunt & mortui ſunt. Sic faciunt qui canonicas diuinis: ac ſpiritualibus præponere ſtudent. Legibus humilitatē: & ſimplicitatē derelinquentes: & dura ceruice in litteraꝝ magis q̄ uirtutum ſcientiā ſeſe præcingere cupiunt: ut doctiores et prudentiores pre cæteris appareāt. Hi autem cū diuite epulone uiuētes: iā in inferno ſepulti ſunt Quoniā tanq̄ cæci nati de cœli diſputant colore: quum de diuinis: ſpiritualibuſue iuditiis ſermocinare uidentur.

Capitulum quintū ſecundæ partis primi libri.

Viſnam putaret ꝙ deus qui peccatū odit Oſeæ prophetæ dixiſſet. Vade ſūme tibi uxorem fornicationū: & fac filios fornicationis. Et abiit: & accepit Gomer filiā debelaim. Et cōcepit & peperit ei filiū. Et concepit adhuc: & pepit filiam: & ablactanit eā: & concepit filiū. Et dixit

dominus: uoca eum. Nō populus meus: q̄a uos
nō populus meus. et ego nō deus ueſter &cetera.

Paragraphus primus.

Nunquid Oſeæ & Gomer peccauerunt in deum tot:: totienſq; fornicantes. Si forte dixerimus q̄ a die illa ultra: uel ante: neq; unq̄ deus huiuſce modi: uel ſimile quid iuſſerit: aut inſpirauerit: aut permiſerit: aut ſuſtinuit: aperiam & dicam.

Paragraphus ſecundus.

Nonne tempore iudicū & alienigenam Sanſon uxorē nutu dei nouiūs accæpiſſe: ut inde uīdictā ī philiſteos exercēdi cauſam haberet: nec nō ut figura eſſet Chriſti Ieſu adamantis: & ī ſponſā eligentis eccleſiā de ſtirpe gentiliū: & natōe gentiū in ruinā deoꝝ omniū.

Paragraphus tertius.

Immo quod maius eſt ītrauit ad meretricē: quare oportuit fores ciuitatis illius ſup montem deferre. Et figuratū eſt q̄ deus qui ad gentem uenerat peccatricē ſuam in ſe aſſumens carnē. Tartarorum fractis deniq; foribus: patres ſanctos patriarchas liberauerit & prophetas.

Paragraphus quartus.

Ac iterū Dalidam adamauit: in cuius manibus uires amiſit corporis. Sic Chriſtus ex dilectione ſceleſtiſſime humane generationis: in ligno crucis ſcitiēs ſalutē: glorioſiſſimi corporis ſui uires

✠

abſcondit. Paragraphus quintus.

Demũ ſicut Sanſon dicendo moriatᷣ aĩa mea cũ philiſtim: interfectus eſt cũ omĩbus principibus philiſtinoꝝ: neq; propterea peccauit: qm̃ figurã congeſſit ſaluatoris in cruce dicentis corã principibus: ſcribis: & ſacerdotibus iudeorum: illudẽtibus ei ſicut ſatrape philiſtinoꝝ in Sanſon. Conſumatũ eſt: & inclinato capite expirauit. Tũc uictoriam: & ſtrages in cultus idoloꝝ: & ſynagogã iudeoꝝ orta eſt in morte Ieſu chriſti: & eiuſdem ſanguinis aſperſionẽ. Ecce ergo quia quod ꝑ euãgelium parenribus anuntiauerat de ſanſon deus ꝑfecit. Nullum tamen uſq; in finẽ operis ſui & peccatũ imputans illi: qm̃ ductione ſancti ſpũs ducebatur.

Capitulum ſextum de Abbate Vitali.

ſ Ic enim inſpiratiõe dei abbas Vitalis in ſalutem animaꝝ ad lupanar nocte accedens uſq; mane cum meretricibus morabatᷣ: prædicãdo illis de regno dei. Et quod magis eſt: eis ſoluebat ut attentius præſtarent auditus uerbis eius. At inſup ne inani gloria deciperetᷣ: ſed ex hoc magis cõfunderetᷣ: adiurabat eas ſigillatim nemini dicerent: ꝙ eis prædicaret. ſed ꝙ faciebat ſicut cæteri homines. uidelicet in loquẽdo. Et cum una

earum bonum quod agebat uni uiro indicaſſet: iratus eſt uir dei in illã. Et ecce nutu dei q̃ primũ diabolus arripuit eã: & uolutans huc illuc & ſpumans: ab omnibus arbitratũ eſt mendoſe bonũ de abbate affata eẽ: iccirco a diabolo præoccupata.

Paragraphus primus.

Hæc autem omnia patriarchæ Ioanni anuntiata ſunt: eo ꝙ in maximũ clericalis religioſiq; ſtatus dedecus conuertebatᷣ. Ille autẽ quomodo ſemel huiuſmodi deceptus ſuſpitõe fuerat: noluit iterũ ſe ſe tali expõere piculo.

Paragraphus ſcđs.

Ve igitur uobis q tã faciliter uiros ſpirituales temere audetis dãnare: & iudicare præſumitis. Nã ſic de facili in dei ultionem incidere poteritis.

Paragraphus tertius.

Quidam. n. qui zelo uidebatᷣ duci hõeſtatis: alapam in faciem uiri ſancti ĩprimens ait. Nec erubeſcis ſenex ſceleſtiſſime. Et ille turbato aĩmo reſpondit. Ne hoc tibi in ſupplitiũ euertatur eternum. Ecce unus cedet te in fatiẽ: unde tãtam uocem emittes ꝙ tota inſonuerit ciuitas alexandrinorum. Et abiens domũ ubi more cyrographi cõſcripſit. Viri alexandrini nolite ãte tempus iudicare: & inuoluta intus manus cedula ad celũ uerſuſq; deductas genibus flexis: ſpm̃ deo tradidit.

Paragraphus quartus.

Tunc diabolus in ſimilitudiné ethyopis ad eum qui ſanctum percuſſerat uiꝝ acceſſit: & ait. Salutat te abbas Vitalis: hac quidé ſalutatione: & illico palmā fixit in faciem: & in eū ſatan intrauit: & poſſedit illū donec ad eius ſtridores tota ciuitas adunaret̃. Et ſic furibundus domū acceſſit. Viri ſancti ubi tota ciuitas: necnō ſanctiſſimus patriarcha q perlecta tādé ea cedula inquit. Gratias ago deo. Nam ſi ſuſpicatus fuiſſem hæc eueniſſet mihi demonis in faciem palma.

Paragraphus quintus.

Cur ergo deus uiro ſācto talia agere & loqui permiſerat: ac inſpirauerat: quæ ī ſui ipſius animæ periculū fore nouerat: & ī dei opprobriū: & chriſtianæ in religiōis uituperium uertebatur. Scitis quare. quia iuditia dei abyſſus multa. Ne quis audeat in electis & unitis temere iudicare. Ideo ſanctus Dauid ait: ut quilibet iudicare timeat in erroribus alienis: neque in ſuis preſumat operibus ſe laudare bonis. Mon ſaluat̃ rex per multā uirtutem: & gigas non ſaluat̃ in multitudine uirtutis ſue. Fallax equus ad ſaluté: in abundantia auté uirtutis ſue nō ſaluabit̃. Ecce oculi domini ſuper metuētes eum: & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Vt eruat a morte animas eorum: & alat eos in fame. Anima noſtra omnium

uidelicet ſpiritualiũ ſuſtinet dominũ in ꝑmiſſio nibus ſuis: quoniã adiutor & protector noſter ē. Quia poſt lapſum letabit᷑ cor noſtrum. et in no mine ſancto eius ſꝑabimus: & non in uirtutibus noſtris..

Paragraphus ſextus.

Sic beatus Onofrius ĩ lapſu grauiſſimo ſuo ſꝑa uerat ĩ dei miſericordia: ꝙ dignor: ac ſanctior fa ctus eſt. Quis dubitat ꝙ dei ceciderat promiſſio ne: ut fortius: & humilior reſurgeret: & eum ĩte riorem habitare faceret ſolitudinẽ. Et ut maiorẽ auſteritatis gratiã in exemplũ doceret futurorũ.

Capitulum ſeptimum de conuerſione Mag.

Vid magis ſtupendũ: quidue lõgius admi randum q̃ deus qui in lege Moiſi: fornica tionẽ & omnẽ carnis ĩmũditiã ĩ lapidũ obruitio nis ſẽtẽtiã concluſerat: hũana aſſumpta carne inter conuiuii epulas ſancto ſpiritu: ad ſe Mariã traxerat magdalenã: cui forte nõ ꝑmiſerat: neq; illi iuſſerat tantis ſe ſe nephãdiſſimis proſterner᷑ reatibus: cum ab ea ſeptẽ eieciſſe demõia ſcriptũ ſit. Et tamẽ corã phariſeo & aſtantibus dignatus eſt eam excuſatã reddere: ab omni labe peccami num. Deniq; ĩ fide: & dilectiõe ſua lotã: & emũ datam dimiſit: dicens. Fides tua te ſaluã fecit: ua

Gregorius

de in pa. Vnde Gregorius in Homelia.

Paragraphus primus.

Quid igitur miramur fratres Mariam uenientem: an dominũ ſuſcipiẽtem? Suſcipientẽ dicã: an attrahentẽ? Sed melius attrahentẽ: & ſuſcipientem: quia nimirũ ipſe eam per miſericordiam traxit intus: qui p manſuetudinẽ ſuſcepit foris.

Paragraphus ſecundus.

Quanto ergo magis: magiſq; puriores: pulchrioreſq; fiunt electi a domino Ieſu chriſto quos in igne iuſtificatiõis emũdatos ſuſcepit magnificãdos. Ceſſate: ceſſate ergo maligni crimĩatores cõtemplatiuorũ. Cauete a iuditiis: cauete a ſentẽtiis ueſtris iniquis. Dimittite ſponſas ſponſo ſuo Ieſu chriſto corripiẽdos: & caſtigandos. Cognoſcite ſtatum ueſtrũ miſerabilẽ: atq; perfectorũ ditioni & mandatis: ſuiſq; documentis cũ omni hũilitate paratiſſimi eſtote. Sinite a perſecutiõibus illorum inferendum. quibus Paulus ait.

Paragraphus tertius.

Non. n. accepiſtis ſpiritũ iterum in timore tẽpore uocationis. ſed accepiſtis ſpiritũ adoptiõis filiorũ: in quo clamamus. Abba pater. Tempore autẽ magnificationis: finito tempore iuſtificationis: ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro: q ſumus filii dei & heredes: coheredes autẽ

chriſti. Per dilectionẽ dei dicentis in cantica.
Paragraphus quartus de uerbis ſpõſi ad ſpõſã.
Pone me ut ſignaculũ ſuper cor tuum: ut ſignaculum ſuper brachium tuum. Quia fortis eſt ut mors dilectio. Dura ſicut infernus æmulatio. Lãpades eius: lampades ignis: atq; flãmarũ. Aquæ multæ. i. peccata multa tẽpore iuſtificatiõis non potuerũt extinguere charitatẽ dei & proximi: de qua dixerat Ioannes. Qui manet in charitate in deo manet: & deus in eo. Vnde ſequitꝰ. Neq; flumina temptationũ obruẽt illam. Ideo de electis dictum eſt. Accinxit fortitudinẽ lumbos ſuos a uoluntaria delectatiõe carnalitatis. Et roborauit brachiũ ſuum bone intentionis reſiſtẽdi. Ideoq; lucerna dilectiõis & charitatis non extinguetꝰ in eternum.

Paragraphus quintus.

Itaq; nolite de ſpiritualiũ & contemplatiuorum caſibus iam canonicis: cõmunibuſq; cõdemnare legibus: & eos ita exoſos habere poſtq̃ renouati ſunt in ſpiritu: ut ab eis tanq̃ a mortuis a corde fugiatis: perſequentes eos uſq; ad ſanguinẽ. Animaduertite & uidete qd Beatus dicat Gregorius non de electis: ſed de cõmunibus actiuorum peccatis.

Paragraphus ſextus.

Neceſſe ſemp eſt: ut quum peccacatores: quoſq; cõſpicimus noſmetipſos prius in illoꝝ calamita

Gregorius

te defleamus. Quia fortaſſe in ſimilibus aut lapſi ſumus: aut labi poſſumus. Si lapſi non ſumus: etſi cēſura magiſterii debet ſemper uirtute diſciplinæ uitia perſequi. Oportet tamen ut ſolicite diſcernamus: qa diſtrictionē debemus uitiis compaſſionē nature. Si. n. feriendus eſt peccator nutriendus eſt proximus. Quum iam uero ꝑ penitentiam percutit ipſe quod fecit: iam noſter proximus peccator non eſt. Quia quomodo dei iuſtitiā in ſe cōtra ſe dirigit: & hoc in ſe punit q̄d diuina iuſtitia reprehendit.

Explicit ſecunda pars primi libri de actiuorū: & contemplatiuoꝝ ſtatu: & differentia.

Incipit tertia pars primi libri de auctoritate: uirtute: & dignitate chariratis: & dilectiōis Ieſu chriſti: in electis ſpiritualibus: & contemplatiuis.

t Anta eſt. n. dilectōis & charitatis dei: & proximi chariſſimi in electis & diuinitus uocatis ſpeciali electione auctoritas: uirtus: atq; dignitas: ꝙ tantūmodo affectione q; deſiderio ꝑficiendi: ſatiſfaciendiq; in quo non aduertit̃ aut ignorat̃ omniū legum: tum diuinaꝝ canonicarum. tumue communiū: & eccleſiaſticarū cenſuris adimplere mandata omnia pleniſſime poſſit. Et multo magis ī is quæ ex neceſſitate: ſimpli

citate:ignorantia:aut inaduertētia actum eſſe tē
pore iuſtificationis:īmo etiam uocatiōis:uel ma
gnificationis fuerit requiſitū:uſq; dum cōmodi
tas. Diſcretio:ſiue prudentia: & habilitas aderit
penitendi:emendandi:& corrigēdi. Bernardo de
præcep.& diſ.atteſtante atq; dicente.

Capitulum primum.

Bernardus

Ona eſt mater charitas : quæ ſiue foueat ī
firmos:ſiue exerceat prouectos:ſiue arguat īqui
etos:diuerſis diuerſa exhibens:ſicut filios diligit
uniuerſos. Quum te arguit mitis eſt: quum blā
dit̃ ſimplex eſt:pie ſolet ſeuire : ſine dolore mul
cere:patienter nouit iraſci:humiliter indignari.
Idem in apoſtolo. O quāta fidutia charitatis:ali
us operat̃ non amans:alius amans nihil operat̃.
Ille quidē opus perdit ſuū. Iſtius uero charitas
nunq̄ excidit. Et boc qa more Pauli ad romāos.

Paragraphus primus.

Nō ex opibus legis iuſtificat̃ homo:ſed ex fide &
dilectōe Ieſu chriſti. Vnde ait. Credidi Aabrahā
deo:& reputatū eſt illi ad iuſtitiā. Ei aūt qui opa
tur merces non imputat̃ ſecundum gratiā:ſed ſe
cundum debitū. Ei uero qui non operat̃:credēti
autem ī eū qui iuſtificat impiū reputat̃ ad iuſti
tiam fides eius:ſecundū propoſitum gratiæ dei.

✠

ſicut & Dauid dicit. Beatitudinē hominis cui de
us acepto fert īiuſtitiā ſine operibus. Beati quoꝝ
remiſſe ſūt iniqtates: & quoꝝ tecta ſūt peccata.
Beatus uir cui nō imputauit dominus peccatū:
nec eſt in ſpiritu eius dolus. & cætera.

Paragraphus ſecundus.

Nunquid igitur huiuſmodi in fide dilectiōis Ie
ſu chriſti iuſtificati ſi in operibus & mandatis le
gum nō ægerint: aut exceſſerint: ſiue errauerīnt
per ignorātiā: aut per ſimplicitatē in ſeueritate.
Vt puta iuſtitiæ pp zelum honeſtatis religionis:
aut in nimia rerū ſpiritualiū cura: ſolicitudineq;
familiarū rerum: uel forte in indiſcreta proximi
charitate: in obſequiis exhibēdis bona ſemp intē
tione: & optimo fine. Quia nec aliter in dilectori
bus Chriſti eſſe poteſt. bona quæ fecerint anteq̄
de erroribus aduertant commiſſis: in mortali di
ci debent operata peccato: iuxta cēſuras & auſte
ritatem legū. Sicut ſunt illi qui nec diligūt: nec
ueraciter credūt: & in peccato mortali diuerſiſq;
reatibus ſciēter pmāere minime curāt. Immo cu
rioſitate nimiaq; ſēſuali auiditate honoris: digni
tatū: & faſtus: ſacramēta exercere īqrūt eccleſia
ſtica regimina: & officia. Paragraphus tertius.
Nūquid iam īter ſimplicitatē de qua dicit. Qui
ābulat ī ſimplicitate. i. ī dilectiōe dei & proximi:

Auguſtinus

graditur confidenter. Et inter malitiā ſeculi dile
ctorum: de qua Iacobus ait. Qui diligit mundū
charitas dei nō eſt in eo: multū multumq; nōne
intereſt. Nec mirum quidē eſt ut cum dilectori
bus ſuis deus nō mitius agat. More Auguſtini ī
ſermone dicētis Iacobi. Aliud qppe uolumus qa
ſumus in chriſto: uidelicet per dilectionē. Aliud
uolumus quia ſumus adhuc in ſeculo. De man
ſiōe huius ſeculi nobis aliud ſurrepit: ut hoc pe
tamus quod nobis expedire neſcimus. Sed abſit
ut fiat nobis ſi manemus in chriſto q non facit
quod petimus: niſi qđ expedit nobis. Manentes
ergo in eo: dilectōe: uidelicet quum uerba eius in
nobis māſerint: dicētis. Qui manet ī charitate: ī
deo manet: & deus ī eo. Quodcūq; uolumus pe
timus: & fiet nobis. Paragraphus quartus.
Concludamus ergo ꝙ quicunq; electus ſpiritua
lis: & cōtemplatiuus per dilectionē in chriſto ma
nens de omībus reatibus ſuis cōmemoratis: ſiue
cognitis: uel incognitis: & non contritis per igno
rantiam. Et de contritis quotienſcūq; humiliter
& deuote īgemuerit: doluerit: & cōfeſſus fuerit:
& ueniā poſtulauerit: omnino recipiet deus illā:
ſicut per ſententiā cōcluditur ſaluatoris dicētis.
Si manſeritis in me per dilectionē: & uerba mea
in uobis māſerint: quæ ſunt. Diſcite a me qa mi

tis ſum & humilis corde. Et qui uult uenire poſt me abneget ſemetipſum. & cætera. Sequit̃: quæ cũq; uolueritis petetis; & fiet uobis. Vnde Augu ſtinus in eodẽ. Manendo quippe in chriſto quid uelle poſſunt niſi quod cõuenit chriſto. ſ. miſeri cordia. Quid uelle poſſunt manendo in ſaluato re niſi quod alienũ non eſt a ſalute.

Paragraphus quintus.

Dicit equidem dominus. Petite orãdo & accipie tis. Querite bona operando & inuenietis. Pulſa te in penitentia & cõpunctione. Et aperiet̃ uobis cella aromatum omnium miſericordiarum. Nõ ne ſcriptũ eſt. Dulcis & rectus dominus: pp hoc dabit legem delinquentibus in uia. Quã legem? nõne miſericordie magis q̃ ſeueritatis: ĩ uia præ ſertim religionis; quæ uia penitẽtia eſt. Quibus per prophetam dominus dicit: ad ueniã uocans peccatores. Venite ad me omnes qui cõcupiſcitis me: & a generationibus meis ĩplemini miſericor die: uidelicet & pietatis. Quia ſpiritus meus ſup mel dulcis; & hereditas mea ſuper mel & fauũ.

Capitulum ſecundum.

Vid ergo ĩmanius q̃ putare ꝙ intentio do ctorum: ſiue legũ opinio: ſeuerius agat q̃

dominus legum uelit. In his tam̄ qui derelinquē
tes patrem & matrē: ſorores: & fratres: amicos &
notos: domos. & agros adhuc: & animā ſuam et
omnibus renuntiat quæ poſſidet.

Paragraphus primus.

Tandem ad ſacrum religionis ſinū ingredit͛ pro
reatibus penitentiā agere: ac ſeſe in totū animo:
intentione: & mente: domino offerunt quaſi in
holocauſtum & uictimā ſerotinā: & matutinā.
Si uero aliquādo temptatione ducti: uel decepti
agunt quæ ignorant peccatū eſſe: quod ſi ſcirent
nullo pacto feciſſent: nunquid imputandū erit
om̄ino illis: tanq̄ ſi malicioſe feciſſēt? Quia igno
rantia non excuſat peccatū: aiunt uiri peſtiferi.

Paragraphus ſecundus.

Hi quidem deum Neronis crudeliorem faciunt
Sed magis putādum eſt ꝙ omniū ſanctorū opi
nio ſit. In his præſertim qui nūq̄ ſcienter: aut
uoluntarie poſt ingreſſum religionis peccatum
egerunt mortale. Si quod peccatū non eſſe putā
tes fecerint: & peccatum ſit: ꝙ donec nouerint tā
q̄ de oblitis remiſſio apud deum facta ſit.

Paragraphus tertius.

Itaq; adeo in conſpectu dei peccata ignorata: et ī
cognita ꝑmaneant cenſendū eſt: ſicut peccatum
Pauli quum ſanctos chriſtiāæ perſequeret͛ eccle

✠

ſiæ per ignorantiã:ipſo dicente. Dimiſſũ eſt pec catum meum qa inſipiẽter egi. Sicut peccatum Petri in negatione ex timore: necnõ in errore baptiſmi. Et ſicut peccatũ Aaron: qui fecit peccare populum in oreb. Et ſicut peccatũ abbatis Vitalis qui zelo animarũ expoſuerat animã ſuam in maximo damnationis piculo: & in totius ciuitatis alexãdriæ exemplum pernitioſum ualde. Veruntamen hæc omnia nutu dei facta fuerunt: ſicut et Sanſon.

Capitulum tertium.

o Quanta quãtaq; a ſanctis & ſpiritualibus uiris facta: acta: et operata ſunt: quæ ſi laici: aut q non ſpeciali gratia attrahente agere præſumpſiſſent: facinoroſiſſima quidẽ forent. Proprium. n. ſancti ſpiritus eſt: ubicũq; fuerit aliqd ſummopere mirandũ exercere: ita ut hominũ exercere uideatur ſapientiã. Quia ſapientia huius mũdi ſtultitia eſt apud deum. Et quod ſtultitia arbitratur apud humanos: apud omnipotẽtem ſepius ſapiẽtia exiſtĩat. Paragraphus priũs. Quis poſſet cogitare ſecundũ carnem: et mundi huius nequitiã: q uita Sanſonis fuerit imago: atq; figura ſaluatoris. qui nullum unq̃ peccatũ nouit: neq; malitiæ reatum patrare potuit. Non

ne mirabilius eſt audire nunc ꝙ Sanſon ſenſuũ cum meretricibus cohiens innocentiã: et animã ĩpolutam ſeruauerit: q̃ angelum ſcire nũquã peccaſſe: quoniã ſi uellet peccare non poſſet: cum in gratia confirmatũ fuerit non peccandi. Et cum etiam ſpiritus ſit ſine corpore prægrauatus. Ideo diuerſi ſpiritu dei ducti diuerſa diuerſimode operati ſunt.

Paragraphus ſecũdus de Saul.

Libro regũ primo dictũ eſt ꝙ dum Saul quæreret Dauid ſciens ꝙ eſſet ĩ aiot in ramata cum Samuele et prophetis nudatis prophetantibus: miſit primos: ſecũdos: et tertios lictores: ut rapent dauid: qui quomodo uidiſſent cuneum prophetarum uaticinantiũ: et Samuelẽ ſtantem ſuper eos: factus eſt etiam in illis ſpiritus domini: et ꝓphetare cœperũt: donec Saul iratus ueniret et ipſe ueniret ut raperet dauid. Et factus eſt ſpiritus domini ſuper eum. Et ſpoliauit ſe etiam ipſe ueſtimẽtis ſuis: et prophetauit cum cæteris coram Samuele: et cecinit nudus tota die illa et nocte. Vnde exiuit prouerbiũ. Num et Saul inter prophetas.

Paragraphus tertius.

Hinc percipite: percipite queſo ſãcti ſpiritus fratres mei incomprehẽſibilẽ attractionẽ mentium et animorũ: ita ut et ferarũ corda: et ſpiritus ſeuientium: et impioꝝ ualeat in prophetarũ man

✠

ſuetudinem cõmutare: adeo ꝗ depoſitis ſagittis bellicisquoq; armis: necnon regalibus indumentis tanq̃ pueri & īfatuati: denudati corpore canere die noctuq; compellant̃. Vnde audiētes mirati ſunt dicentes. Num Saul īter prophetas. Quãto ergo magis ī ſpiritualibus uiris aīos: ſenſuſq; immutat ſpiritus contra intentum illoꝝ: & ea in ſpiritu dei agere cogit: quæ apud homīes ſepius a ſatan perpetratũ arbitrat̃. ut inde humiliores: cautiores: & prudentiores: in regimine animarũ ſuarum: & aliarũ efficiantur: Siue ad multarum animaꝝ ſalutem: & eruditionē: & perpetnã recuperationem: prout in exemplis habetur his: hic prope conſcriptis.

Paragraphus quartus de ſancto Franciſco.

Fertur ꝗ nutu ſpiritus ſancti beatus Franciſcus uni e diſcipulis ſuis iuſſerat nudum ad cathedralem accedere eccleſiam: ibiq; uerbum dei anũtiare: ut diſcipuli ſanctæ obedientiæ agnoſceret uirtutem. Hic autem demiſſo confeſtim habitu ſeſe dedit uelociter in pedes. Videns enim beatus Franciſcus diſcipuli obediētiæ celeritatem: increpauit ſe: & ait. Quod nunq̃ expertus es fieri iuſſiſti: uade & tu poſt eum. Tũc ab humeris euulſa quãprimũ tunica: nudus: pediſecuſq;: diſcipuli curſu rapidiſſimo factus eſt: & anteq̃ puer appli

✠

cuiſſet ad locum: in eminenti gradu beatus Franciſcus aſcendit: et tātum de ſeculi nuditate: calamitate: & miſeria accuratiſſime uerba fecit: ꝙ diuino afflante ſpiritu: multarum animarū ſalutē lucratus eſt. Quam quidem rem quiſquis agere præſumpſiſſet niſi a ſpiritu dei ductus: grauiter deliquiſſet. neq; fructū aliquē pēitus tribuiſſet: eo ꝙ indiſcreta habetur. & piculoſa obedientia. Vnde ad ſcādalū potius plebis illa traheret̄ prædicatio: q̄ ad uirtutum: morumq; eruditionem.

Paragraphus quintus de beato Iacopone.

Quæ ac quanta reprehenſibilia ludibria: & ignominioſa operata audiuimus a beato Iacopōe ordinis minoꝝ: ita ꝙ dum melle peruncto corpore a uertice uſq; ad talos plumis cohopertus auiū: nuptias germani cōfundere conatus eſt: dicens. El pazo a lapazia: chi non e pazo pazo ſia. Quis nam religioſus non ſpiritualis ſi tale quid perpetraret non grauiſſime erraſſet: & deum: & hoīes penitus offendiſſet.

Capitulū quartū de prophetico uiro Porcelana.

Vnquid & illa prætermittā quæ propriis conſpexi oculis: tunc iocoſa atq; ſtultiſſima reputata. a deuotiſſimo uiro: īmo quem prophetam audeo appellare Porcelano exercitata in

✠

ſimilitudinem futuri euentus:cuius ueritas nũc apparet dilucidiſſime. Quotiens equidem mortis periculo zelo dei ĩtuitus ſum ſe ſe expoſuiſſe. Quomodo inter ad aleas ludẽtes ioca turbaret: ſubuertẽs nũmos:chartaſq; confringens: quod nec illi agere pertinebat. Verũtamen quoniã ductu diuino faciebat: nemo manum ĩ eum auſus ponere eſt. Et ſic fructum non minimũ domino uidimus uendicaſſe.

Paragraphus primus de ſancto Dominico.

De ſancto Dominico dictũ eſt: induſtria illuſtratus ſpiritu ſancti ꝙ dum ſuperare uellet aliquos hereticos: ueritatẽ chriſtianæ fidei ſubuertentes. Fingebat & ipſe iuxta illoꝝ ſimulationẽ nihil penitus comedre niſi herbarũ ſilueſtrium radices: & gelida uti aqua: q̃q̃ iuxta regulæ ſue morem ſecrete ſumeret alimentũ. Et ſic data fide paſſus ẽ populus & ipſum audire donec erroris hereticoꝝ agnoſcerent fallatiã. Tunc et ipſe beatus Dominicus rei ſuæ prudentiã indicauit: quæ ſpetiẽ hypocritarum tenere uidebatur: quod abſq; peccato ab alieno uiro nequaq̃ fieri potuiſſet.

Paragraphus ſecundus.

Quid.n.mirabilius q̃ uirum ſanctum confectũ iam ſenio: diuq; artæ deductorẽ ſolitudinis uidere pro recuperatione ſalutis neptis ſuæ. quæ dece

pta a quodã heremita in hoſpitiis pro prætio ſe donabat. Vili depoſito:ac ſanctitatis habitu: ſericis præcinctum & exornatũ indumentis accededere ad puellã diſpoſuit:tanq̃ ſi & ipſe prætio eã cuperet poſſidere. Tãdem blandẽs uerbis ad priſtinam cellulã introduxit: ibiq; clauſa quã amiſerat ſancti tatem recuperauit & ſalutẽ:Sic itaq; quilibet ſpiritualis & in diuinis expertus gratiis zelo dei:proximiq; doctrina:& ſalute : ĩ diuerſis ſe licite exponere noſcit caſibus. quos ſi actiui p tractaſſent: grauiter ut diximus morũ excederet honeſtatem.

Paragraphus tertius.

Legitur in uita patrũ ꝙ quidam uir ſanctus nequens cuidam diſcipulo rationibus ſatiſfacere:ꝙ ĩpoſſibile eſſet a corde radicitus temptatões diuerſas euellere tempore probationis. Tandem ut experiẽtia monitus remaneret:nudari iuſſit:& ait. Ecce cordis tui locũ uides:trahe ſi iam uales inde fãtaſmata quæ te pturbare dicis. Adoleſcẽs uero uiſa ĩpoſſibilitate a crebra ceſſauit lamẽtatõe. Alius quidem pater hac in re aliter uſus eſt. Vade inquit in cacumine turris:& gremiũ ad me inde plenum deducito. Iuit enĩ puer:& non ualẽs patris adimplere mãdatũ:confuſus rediit dicẽs. Impoſſibile quidem eſt pater ſãcte pficere quod iuſſiſti. Sic & impoſſibile eſſe noueris fili mi

✠

reſpondit illi uir dei mentis in iunioribus uaga
tiones refrenari.

Capitulum quintum.

E dei ſuiq; ſancti ſpiritus inſpirationibus
& conſiliis : in ueteri nouoq; mirandis te-
ſtamento indicare curaui. At nunc quod diebus
iſtis apparuit ſtupẽdiſſimũ breuiter enarrare de
creui: ut diſcamus dei iuditia laudare: bñdicere:
& prædicare. Quia de ſtercore erigit pauperẽ: ut
collocet eum cum principibus: cum principibus
populi ſui. Audite ergo audite fratres audite di-
lectiſſimi imei. Paragraphus primus.
Dum eſſet quidã frater ordinis ſancti Dominici
anno domini. M. cccc. Lxvii. in mõaſterio: adeo
ſancti ſpiritus ſuccenſus feruore eſt: ut mori pro
Chriſti nomĩe peroptaret. Et quum huiuſmodi
deſiderium perficere uoluiſſet: ad prouintiã na
uigare barbarũ cœpit. At leto pergens animo ca
ptus nutu dei ab infidelibus nautis: mariniſq; la
trunculis: deducitur ad regnũ & ciuitatem Tuni
ſi: ubi ab eo dominus receſſit: & feruorẽ extĩxit:
ut ſue humãe fragilitatis miſeriam agnoſceret:
anteq̃ martyrii glorioſam acquireret palmam.

Paragraphus ſecundus.

Attamen diu fame & nuditate ĩ compedibus tru

ſus in carcerē fatigari permiſit: donec amiſſo ſpiritus ſancti incendio ad gelidam pueniret deſperatiōis imbrē. Qua quidē nec deus: neq; ſanctus in cœlo: & in terra fuit quē hic crudeliſſime non malediceret: atq; blaſphemaret: & quum a christicolis increparet͂ dicebat. Deſine me: quoniam dū amore dei mori uoluiſſem: receſſit a me ſpiritus eius: & hic uinctus & fame perire me facit.

Paragraphus tertius.

Tandem ſeruis regis indicauit ſe fidem negaturū christianā ſi liberum exire carcerē. & e cōpedibus dimiſiſſet. Conſenſit rex: & circūciſus mahometis legibus ſe ſubpoſuit. Tunc rex famulā ſuam ethyopiſſam illi tradidit ī uxorē: cum qua p ſex fere mēſes dormiuit: tanq̄ a christiano remotus omnino cultu.

Paragraphus quartus.

Primo uero die quadrageſimæ anni illius reuerſus eſt ſpiritus domini: & urit cor eius. Et ſicut a principio ſuccenſus eſt in dei dilectione: longe maiori anhelās deſiderio martyrium pro christi nomine ſubſtinere. Quapropter die: noctuq; cœnaculo clauſus: orationibus: & diſciplinis uindictam nequitiarū ſuarū in ſe exquirere nō deſinebat: & amariſſimas inter ſuſpiria lachrymas fūdens: humiliter dicebat. Ecce. n. domine peccatū meū contra me ē. Cognoui domine qa humilia

ſti me:ut diſcam iuſtificatiões tuas. Nam me di
gnum glorioſæ martyrii palmã acquirẽdi putaſ
ſe nũc percipio ſane. Ideo bonũ mihi quia humi
liaſti me. Parce mihi domine: quoniã cognoſco
peccatũ meũ maximũ. Paragraphus qntus.
In diebus uero ebdomade paſſiõis domini acceſ
ſit ethiopiſſa ad regem: & ait. Perfidum quem
tu rex ĩ uirum mihi tradidiſti: ad ſuam priſtinã
Chriſti fidem reuerſus eſt: nec mecũ iam p dies
quadraginta dormire paſſus eſt. Sed clauſus die
noctuq;: ieiuniis: oratiõibus: & lachrymis uacãs:
a continuis uerberibus ceſſare non uidet̃. Itaq;
corripe eum domine mi: ne ultra me ſpernat: et
negligat fidẽ mahometi. Paragraphus ſextus.
Audiẽs equidem rex quæ dixerat mancipiũ eius
furore ſuccẽſus accerſiri eum iubet: & ait. Canis
fili canis cur non dormis cum uxore tua? Nũqd
ad uomitũ reuerſus es priſtinũ perfidorũ chriſtia
norũ? Iubeo ergo ut ab hac recedas ſtultitia: alio
qn dira morte interire te faciã. Vir uero. ſ. in dei
uiui charitate innouatus: præcinctuſq; Ieſu chri
ſti dilectione: & optima fide audacter reſpondit.
Nunq̃ profecto rex ab ĩtimis præcordiis meis no
men dulciſſimũ: ſanctiſſimũq; Ieſu chriſti receſ
ſiſſe ſcias: q̃q̃ deſperatione ductus me ipſum ſu
ſtinere nõ ualens: in hunc præcipitiũ Mahome

ti lapſus ſum. Quod qdem a domino factũ eſſe probabiliter agnoſco: quoniã præſumptuoſe nimis martyrii palmã curaueram uendicaſſe. Ideo recedens a me dominus meus Ieſus chriſtus ſinit meam dilucidiſſime imbecillitatẽ oculis cernere: ac mãibus: ĩmo & toto fedato corpore ptractarẽ. Nunc autem miſertus mei reuertẽs pro delictis meis: & erroribus: atq; reatibus maximis ſuccendit cor meum omnẽ læto animo paſſionẽ & mortem ſubſtinere. Quanobrem pro chriſti nomine tuas pro nihilo minas. & iura duxi obſeruanda. Ecce iam chriſtianiſſimũ me ipſum confiteor: et Mahometi inimiciſſimũ oſtẽdo perſecutorem.

Paragraphus ſeptimus.

Tũc rex nimio ſuccẽſſuns furore aduocauit chadi legis ſue: cum quo inito cõſilio illico lapidari præcepit. Et cum turba ciuitatis accurreret acclamantes: & impetu nimio maximoq; furore dicebant. Tolle: tolle canem: tolle blaſphemũ legis noſtræ: tolle deriſorem mahometi. Et ſic percutiẽtes uirum dei trahebãt per uicos. Et dum eſſet iuxta habitationẽ mercatorũ genuẽſium habitũ cuculam uidelicet religionis ſuæ exuit: & illis tradidit dicens. Neq; in aliquo habitus ſãctus iſte errauit: ſed ego tantũmodo. Ideo nolo ut contumeliã patiatr̃.

Paragraphus octauus.

✠

Tandem modicum extra portā ciuitatis flectens genua bubulcus quidā cucurrit: & ſappa qua in uineam laborabat: uirum ſanctum per mediam ceruicem ſolo ictu percuſſit. Et ſicut animæ electorum: ſanctorūq; dei coronari ſolent. Sic etiā uiri huius animā electam & ſpetioſā triumphanti martyrii ſui palma inter agmina ſancta ſpirituum beatoꝝ rex regū dominus Ieſus in gremio diuine maieſtatis ſuæ iucundiſſime ſuſcepit.

Paragraphus nonus.

At talē tātam corpori athlete ſui gratiā ſubminiſtrauit: ꝙ poſtꝗ canes illi lapidibus adhuc mortuum obruiſſent: ita ut aceruus non minimus lapidum in eum factus eſſet. Inde etiā extrahētes ī ignem uehemētiſſimum proiecerūt corpus beatiſſimi uiri: ut ibi penitus conſumeret̃. Sed quū per duas quippe cōtinuas ī medio flammaꝝ horas pſeueraſſet illeſum: ita ut nec totius corporis pilus unus combureret̃ omnino. Nimia īdignatione uexati quaſi urſi ſpumantes rapuerunt de medio ignis corpus ſanctum: & totam circundātes ciuitatē funibus per pedes trahebant: donec deniq; feſſi effecti: in quādam piſcinā extra muros ciuitatis proieciſſent: ibiq; cadauera beſtiarū ꝓiitiebant̃. Vnde fetor maximus ibi aderat ſēp.

Paragraphus decimus.

Nocte autem illa luminaria uiſa ſunt iuxta ſan
ctum corpus : a quo tam ĩmenſus odor ſuauiſſi
muſq; exibat: ut & ipſi gentiles pre ſuauitate co
gebantur ſe ſe ad piſcinam conducere: ac ſtudio
ſe claudi extra mœnia permittebant : ut diutius
odoris illius fragrantia frui ualuiſſent.

Paragraphus undecimus.

Sed quum de hac re principes ſuæ legis aduertiſ
ſent: timentes ſubuerſionem fidei ſuæ : pſuaſos
reddiderũt chriſtianos mercatores: ut a rege præ
tio corpus illud cõcederet eis attemptarẽt. Genu
enſes uero mercatores cũ & de patria ſua fuiſſet
ſanctus uir: trecentoꝝ aureorũ mercati ſunt. At
lotum mundatũ aqua mũdiſſima corpus illud
nullam penituſ in eum leſionẽ inuenerunt: niſi
tantum in capite uulnus: & a fumo ignis aliquã
tulum obumbratus. Vnde dicere poteſt anima
ſancti uiri tanq̃ ſponſa dei. Nigra ſum p lapſũ:
ſed formoſa per miſericordiã. Et corpus eius af
fari poteſt. Nolite conſiderare ꝙ fuſcum ſim: qa
decolorauit me paſſio & fumus ignis. Nunc por
ro deum multa fertur p eum in eius corporis ue
neratione in Genuẽſi ciuitate exercere miracula.

Paragraphus duodecimus.

Hæc porro omnia ab is referentibus didici: qui q
dem propriis audiſſe auribus : oculiſq; cõſpexiſ

✠

ſe ab initio uſq; ad exitum huiuſmodi paſſionis & martyrii affirmabant.

Capitulum ſextum de imbecilitate: & ſtatu proprio: & de uita perfectorum.

Vlta quippe multa cõmemoranda duximus charitatibus ueſtris. Non tamẽ ut dei freti miſericordia ingenio ueſtro ſanctorũ illorũ imitatores fieri præſumatis. Quoniã uita ſãcto rum admiranda eſt: & uenerabiliter laudãda. nõ tamen omnium imitanda. Verum. n. magis ut & cautiores efficiamini: & in euitandis demonũ: malorũq; hominũ ſeditiones. Et ut proprii ſtatus ueſtri ĩbecilitatẽ lucidius agnoſcere ualeatis. At uero de caſibus ſpiritualiũ patrum: ac de cõ templatiuorum exceſſibus. Neq; de diuerſitate gratiarũ eorum: & in quo ſpiritu bona malaue agãt nequacq̃ preſumerẽ audeatis temere iudicare. Niſi quum uos aut in ſimilibus expertiſſimos: non ex libris ſolum: ſed magis in corde ſpetiali munere eſſe noueritis. Aut quum per interitũ finẽ peſſimũ illorũ: more Saulis: cognoueritis dei ultionem fuiſſe.

Paragraphus primus.

Si uero poſt lapſum ſpiritualiũ: renouationem gratiarũ: & uirtutum in eis uberiorẽ amplioreq;

uidebitis:nõ malitiæ cã fuiſſe ſciatis. Sed magis permiſſione dei.ad illorũ & aliorum ſalutem:& correptionem. Paragraphus ſecundus de ſimilitudine lapſus perfectorum..

Sicut.n.militum ĩmo principum exercituũ cicatrices uulnerũ:quãto exceſſerint numero:in laudem:atq; gloriam tanto longius habent ipſorꝝ: quoniã in maxime arduis ſe ſe expoſuiſſe militaribus indicant prouintiis. Si tamẽ deuictis ſupatiſq; hoſtibus ſe una cum exercitu in pacẽ conducere ad caſtra ualuerunt.

Paragraphus tertius explanatione.

Sic itaq; ſpirituales uiri:ac ſancti: & contemplatiui homines erunt:ſi poſt iuſtificationẽ in pace:charitate.& feruore ſe ſuoſq; deduxiſſe inuẽti fuerint. Tunc omnes lapſus eorũ tam præclare in eorꝝ ueneratione habiti ſunt: quanto mirabilius illorum deus patientiã:& humilitatẽ in exemplum noſtræ correptionis experiri. ac probarẽ uoluerit. Paragraphus quartus.

Igitur ſũmopere aduertẽdum eſt fratres mei ne de ſpiritualibus:expertis.cõtemplatiuiſq; temerẽ iudicemus patribus. Et ſi tamen prælatis: præſidentibus:& antiquioribus deuotis: & canitiæ:ſenectuteq; confectis in geſtibus nouitiorũ:iuuenum.& inexpertorꝝ iudicare legitime ĩ charitate

✠

liceat:non tamen in aliis quicq̄d agitur:utrum a bono:aut a malo ſpiritu fuerit iudicandū eſt:in confuſione pacis:& deuotionū patrum ſupradictorū:quia detractio peſſima appellat̃. De qua Iacobus in canonica ſua inquit. Nolite detraher̃ alterutrū fratres mei. Qui detrahit fratri:aut qui iudicat fratrem ſuum:detrahit legi:& iudicat legem.

Paragraphus quintus.

Tāto etenī ſeuius quis detrahere cōſpicit̃ quāto bōa quæ agunt̃ malo fieri ſpiritu arbitrat̃:ab his præſertim qui tum ætate:tum experientia:& fama diu ſpiritualem uitam duxiſſe nouerimus. Quid nam reprehenſibilius q̄ in iunioribus religioſis inexpertiſſimis ſpiritualiū diuinarūq; rerum īcircunciſa ceruice uitam:mores:& acta maiorum:patrumq; ſuoꝝ ignominioſe perſcrutari & in eoꝝ faciem arguere:& reprehēdere:atq; corripere eos audere. Immo quod peius & truculentius eſt:non ſolum illis detrahere ſpiritualibus patribus:uerū etiam eos perſequi non deſiſtere:a quibus uitam corporis ſuſceperint & animæ. Iccirco Beatus inquit Hieronymus. Nō eſt detrahere uerum dicere:caue ne aures:aut linguā habeas prurientes. ut nec ipſe aliis detrahas:aut alios audias detrahētes. Multoꝝ quoq; ſolatium ē bonos capere:dum peccātiū multitudine putāt Hieronymus

✠

minui peccata. Paragraphus ſextus.
Offitium.n.uirorum bonorũ eſt pro proximorum reatibus: præſertĩ pro patribus & fratribus lapſis ac peccatis diutius lugere: continuiſq; deũ impulſare orationibus: donec ad uitam reſtaurẽtur æternam. Paragraphus ſeptimus.
Ve ue is qui detractionibus more Cham ueréda patrum denudant. Verenda inquã & quæ pudẽda ſunt: ac in uituperationẽ ſacræ religionis poſſint deuenire. Vnde Iſidorus. Non detrahes peccanti: ſed condole. quod in alio detrahis in te potius pertimeſce. Quando aliis detrahis te diſcerne: nunq̃ detrahes ſi te bene diſcernes. Vterq; ſimile crimen impedit. Et quidem detrahentẽ audit & qui detrahit. Paragraphus octauus.
Heu heu quã lõge horrendũ eſt de his ſæpiſſime a detractoribus malũ facilime credere. De qbus niſi bona: & laudabilia audiuimus: & uidimus. Vnde oblitis bñficiis una cum detractoribus ad illorũ irriſiones: & uituperatiões ora dilatãtur & linguæ. Dicitur.n.in uita patrum. Melius eſt comedere carnes & bibere uinũ q̃ comedere in uituperationẽ fratrem ſuũ. Sicut ſuſurrans ſerpens Euam de paradiſo excludit: ſic q detrahit fratri ſuo: non ſolum ſuam ſed etiã audientis animã perdit. Monachus bilinguis cõturbat fratres. Et

illud eccle. Vir duplex animo inconſtans eſt in
omnibus uiis ſuis. Item Salomon. Homo puer
ſus ſuſcitat lites. Et uir uerboſus ſepat prĩcipes.
Semper iurgia quærit malus: angelus aũt crude
lis mittet̃ contra eum.

Capitulum ſeptimũ de mutua charitate fratrũ.

On .n. detractor eſt qui de quo loquit̃ ex
nimia motus charitate non ſolũ lachryma
biliter dolet: ſed mori pro eius ſalute uellet. Nã
ueram illum charitatẽ habere tenet Bernardus:
qui pro fratribus mori paratus eſt.

Paragraphus primus.

Ergo ante omnia charitatis iuriũ imitatores: ſe-
ctatoreſq; eſſe toto corde curemus. Et quomodo
de prælatis: ſenioribus: aut ſpiritualibus: uel cu
iuſcunq; conditionis: ac ſtatus malũ audimus:
nec fidem uerbis tribuere debemus: ſed detrahẽ
tibus increpando ſuum ĩdicare errorem. Si uero
charitate ſiue cõſcilio gratia dicit̃: ita ut ueraciter
illi credi poteſt ex illius uitæ cognitione: de quo
manifeſtatur delictũ: condolendũ eſt ſũmopere
& non detrahendũ. Immo ſi concedit̃: aut adeo
attractibilis ſit: ut manſueta admonitione erudi
ri poſſit: more euãgelico illi quod ſcimus ſiue au
diuims intimare tenemur. Deniq; ſi nõ audierit

✠

orationibus: & lachrymis ĩ noſtro ſecreto cordis pro illius puerſitate: iure charitatis deo omnipotenti ſatiſfacerẽ accuratiſſime curemus: ſicut pro nobis ipſis fieri cupimus. Et ſicut dñs Ieſus fecit uſq; ad mortẽ: mortem aũt crucis. Iuxta illud Ioannis apoſtali dicentis. In hoc apparebit charitas dei in nobis: quoniam ſicut ille pro nobis animã ſuam poſuit: ſic & nos debemus pro fratribus noſtris animã noſtram põere. Et ideo Auguſtinus. Si per hanc uiam uere charitatis uolumus currere: ad æternam patriã fœliciter poſſumus peruenire. Paragraphus ſecundus.

Sicut enĩ duo ſunt uere charitatis præcepta: dilectio. ſ. dei: & proximi. Sic due ſunt in eccleſia ſancta catholica. uita. ſ. actiua: & cõtemplatiua: ĩ quibus lex uere perficiẽ charitatis. Vita quippe actiua eſt: quæ pro charitate dei in ſe & in proximos bõa exercere opera: tum corporalia: tumue religioſa: atq; catholica iuxta dei præcepta ſacroſanctæ eccleſiæ leges & mandata uniuerſa tenet. Cuius plane due uiæ ſunt. Actualis. & Mentalis. Actualis uia eſt: quæ miſerieordiæ opera tam corporalia q̃ ſpiritualia docet exercenda. Mentalis eſt quæ orationis: lectionis. atq; meditationis ad fructum profeſſores deducet ſuos. Iſtarũ profecto duarũ uiarum & opera & præcepta ab his

✠

opari neceſſe eſt quãtũ liberi arbitrii ſui cõpetãt uires:& aĩæ potẽtiæ eoꝝ naturales ualẽt. Qui nõ dum intentione diſpoſita:aut opere : uel deſide rio ſe ſe ad arcem peruẽiendi expoſuerint contẽ platiõis. Quibus per ſaluatorẽ intimatur: ſicut & illi qui ei dixerat. Domine quid faciam & uitã æternam poſſidebo. Et dominus reſpondit. Ser ua mandata. Quũ autẽ ille ab ineunte ætate illa plenius perfeciſſe rettuliſſet. uitam uidelicet acti uam. Ad altiorẽ putans dominus ꝙ cuperet per uenire:ait illi. Si uis perfectus eſſe in uitam. ſ. cõ templatiuã. Vade & uende omnia quæ poſſides & ſequere me.

Paragraphus tertius.

Ecce ergo ex redemptoris definita ſententia. Qui cunq; arbitrii ſui uiribus:& animæ potentiis uti ualet præcepta omnia: tum diuina: tum ue com muniũ legum ſeruare tenent̃. Qui autẽ ad perfe ctionem perueniendi gratiã: aut ad cõtemplatio nis accedere curat arcẽ:ad duo tãtum obligari co gnouimus. Omnia uidelicet poſtponere tempo ralia:chriſtumq; paſſum: contumeliis irriſum : cruci cõfixum:ibiq; acerrima nece defunctũ ſeq. At duo hæc in unum Paulum concupiſſe perce pimus quũ diceret. Omniũ uero quæ retro ſunt obliuiſcens:ad ea uero quæ priora ſunt extendẽs me:perſequor ad deſideratũ brauium: quod eſt

dilectio & charitas dei.

De uita contẽplatiua paragraphus quartus.

Eſt igitur uita cõtemplatiua illa quæ circa dei dilectionem & uiſionẽ eius: necnõ omniũ ſpiritualium rerum cognitionẽ uerſatur: gratia ſpetialiſſima attrahente: ac erudiẽte: cuius uia una eſt tãtum. ſ. Via ſpiritualis: quæ gaudia indicat mundi tanq̃ uinum crapulantẽ euitare: & ſancta uerba operaq; ſolicite exercere. Iuxta Pauli erudimẽta: ubi ait. Nolite inebriari uino: ſed ĩpleamini ſpiritu ſancto: loquentes uobiſmet ipſis in hymnis & pſalmis: & canticis ſpiritualibus: cantãtes & pſallentes in cordibus ueſtris domino. Ecce iã uitæ contemplatiue uiã audiſtis ſpiritualem: et ea quæ exercenda ſunt opera. Nunc aũt attendite ad quæ & ad quãta uir contemplatiuus obligetur præcepta. Vnum eſt. n. & nullũ aliud quod eſt omnẽ tantũmodo curam apponere ad diligẽdum dominũ Ieſum chriſtum: uſq; dum diuina attrahente gr̃a ad dei uiſionẽ ſpiritualẽ: diuineq; trinitatis cognitionem latiſſimam aſcendere mereatur.

Paragraphus quintus.

Præceptum autem illud unicum eſt quod in cantica ſponſus chriſtus ieſus ad ſponſã rettulit di-

✠

cens. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum :
ut ſignaculum ſuper bachium . Quod eſt dilige
dominũ deum tuum ex toto corde tuo: & ex to⸗
ta uirtute tua. Quia fortis eſt ut mors dilectio :
quia uincit & ſuperat: & nunq̃ ſuperat͛: nec uin
citur. Dura ſicut infernus æmulatio: qa quod te
net nunq̃ dimittere patit͛. Lampades eius .ſ. dile
ctionis dei: lampades ignis atq; flammaꝝ. Aquæ
multæ temptationũ: perſecutionũ: anguſtiaꝝq;
multarũ: nõ potuerunt extinguere charitatem.
Multo minuſq; ꝑ obliuionẽ: aut ignorãtiã emit
tuntur: aut operant͛. Quoniã neq; flumina erro
rum atq; reatus ocurrentia uiatoribus .ſ. uiæ ſpi
ritualis obruent illã .ſ. charitatẽ dei: ut ex eis dã
nentur: ſicut in Sanſon & Dauid factum eſt. Iõ
Paulus Paragraphus ſextus.

Si enim ſecundũ carnem in actiua uita uixeritis
peccãtes: uidelicet moriemini morte æternali .ſ.
Si autẽ ſpiritu facta carnis mortificaueritis : oĩa
mundi gaudia renuntiãdo: uiuetis in æternum.
Quicunq; enim ſpiritu dei aguntur hi filii ſunt
dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ĩ timore mul
torum præceptorum: iurium: legumq; diuerſo⸗
rũ mandatorũ. Sicut qui in actiuã laborantes ui
tã graui honerãt͛ iugo. Quia uos accepiſtis ſpm̃

✠

adoptionis filiorũ ex ardenti dilectiõe in quo cla mamus. Abba pater. Ipſe. n. ſpiritus teſtimoniũ reddit abſq; legibus & ſinodocis: & abſq; lr̃arum erudim̃tis ſeculi huius: ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filii dei & heredes: æterne gloriæ: coheredes autẽ chriſti: cum quo ex unione dilectionis unum eri mus in fruitiõe ſuperne diuinitatis. Iuxta dictũ eiuſdẽ Pauli. Qui adheret deo unus ſpiritus ẽ cũ illo.

Paragraphus ſeptimus.

Tunc. n. uera acquirit̃ ſapientia: nõ philoſopho rum: ſagatiſſimoꝝq; doctorum temporaliũ ſciẽ tiarum: ſed ſimplitiũ amatorum dei renuentiũ aſtutias. & ſubtilitates legum attendere diuerſa rum. Sed ſolum ad inueniendũ ſapientiam dile ctionis dei omnipotentis ſpirituali prudentia. De qua Salomon in prouerbiis inquit.

Paragraphus octauus.

Si. n. ſapientiã inueneris & inclinaueris cor tuũ prudentiæ: dimittendo temporalia pro ſpiritua libus: & hũana pro diuinis. Si quæſieris eã quaſi pecuniam: & ſicut theſauros effoderis illã. Tũc ĩ telliges timorẽ domini non in libris: ſed in tabu lis cordis. Et ſcientiã dei inuenies non in legum doctorum dictis: ſed in intellectu tuo. Quia dò minus dat ſapientiã animabus dilectorũ ſuorũ. Et ex ore eius ſciẽtiam uirtutum: & honeſtatem

✠

moꝝ:& honeſtatū cuſtodit in rectorū amatorū ſuorū ſalutem. Et proteget gradientes nō in ſub limitate ſermonū:& cauilationū adinuentionē: ſed ſimpliciter in dilectione dei: ſeruās ſemitam iuſtitiæ:& uiam ſanctoꝝ cuſtodiens. Tunc intel liges iuſtitiā legum:& iuditium dei abſq; doctri na hominū. Sic & eqtatē:& omnē ſemitā bonā.

Paragraphus nonus.

Et ideo ſi intrauerit ſapientia dilectionis cor tuū Et ſcientia ſpiritualis animæ tuæ placuerit:conſi lium dei cuſtodiet te:& non aſtutia litteraꝝ. Sed prudentia gratiæ ſeruabit te:ut eruaris a uia ma la:& ab homine: q peruerſa loquit͛ ad ſimplices capiendas laqueis diabolicis animas ſub diuerſa rum legum & præceptorū aſtutiis: & ſubtilitati bus uariis. Cum ad unum tantū præceptū teneā tur omnes qui ad uitam trahunt͛ cōtemplatiuā: quod dei dilectio eſt. De quo quidē redemptor noſter dixerat Marthe. Paragraphus deciūs. Porro unum eſt neceſſariū ad optimā marie par tem eligendū. Et hoc eſt præceptum quod Salo mon in prouerbiis in cuſtodiā aīæ prædixerat. Qui cuſtodit mandatū.ſ.dilectiōis dei:cuſtodit animā ſuam. Qui negligit uias ſuas.i.uirtutum & morum per obliuionē aut ignorantiā mortifi cabitur. Sicut Dauid in morte pueri:& pſecutōe

Abſalon filii ſui: ſed nō ad interitū damnatiōis.

Paragraphus undecimus

Nempe talis tanta eſt coniūctio dei cum anima huiuſmodi electoꝝ: ut niſi ex naturæ fragilitate: aut permiſſione diuina per obliuionē: aut ignorātiam errare minime poſſint. Vnde nunq̄ a dei dilectione ualent ſeparari: ſed magis ad cōnubiū diuine maieſtatis omnino uēturi ſunt. Vnde nū q̄ amplius a dei charitate in ſpirituales āplexus: & oſcula ac ſuauiſſimas conſolatioues diſſoluentur. Vnde Gregorius. Charitatem recte prædicator egregius uinculum pfectionis uocat: quia uirtutes quidem cætere perfectionē generant: ſed tamen eas charitas ita ligat: ut ab amantis mente diſſolui iā nequeāt. Ideo Paulus ad Romanos capitulo octauo. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonū. Vnde Auguſtinus. Habeas charitatem & fac quid uis. Quid ſit charitas dei idē ait. Charitas eſt uirtus qua uidere deum: perfruiq; eo deſideramus. Charitas uero proximi. Si qs tantam habuerit charitatē ut paratus ſit etiā pro fratribus mori: perfecta eſt in illo charitas.

Capitulum octauum tertiæ partis primi libri: in exemplum euangelii declaratū per beatum Auguſtinū: q̄ uita actiua circa plura implicari opor

✠

teat. & contemplatiuæ unum ſit neceſſarium.

Bi.n. quid actiua quid ue contemplatiua ſit uita intimare ſtuduerim dilucidiſſime. Auctoritate autem doctoris egregii aurelii Auguſtini hic prope affirmare curauimus. Vbi p̱ Marie & Marthe ambarũ ſororum ſimilitudiné actiue uitæ labores: & contemplatiuæ ociũ diſtinctæ in homelia aſcenſionis Beatiſſime uirginis conatus eſt ĩdicare dicẽs. Paragraphus primus. Videtis ergo chariſſimi & quantũ arbitror iam ĩtellexiſtis: in is duabus mulieribus quæ ambe fuerunt domino grate: ambe amabiles: ambe diſcipule. Videtis ergo magnum aliquid intelligitis: quicunq; intelligitis: quid audire & ſcire debetis: etiam qui non intelligitis in his duabus mulieribns duas uitas eſſe figuratas. Preſentẽ: uidelicet actiuã laborioſam. Et quietem: uidelicet cõtemplatiuam. Erunnoſam: & beatam. Temporalẽ & æternam. Due ſunt uitæ: de illis uos copioſius cogitate: cogitate quid habeat hæc uita: non dico mala: non iniqua: nõ nefarria: nõ luxurioſa: nõ impia: ſed laborioſa: erunnis plena: rumoribus fatigata: temptationibus ſolicita. Hanc ipſam ĩnocentẽ dico uitam: qualẽ decebat habere Martã Hãc ergo quantũ poteſtis inſpicite: & de hac ut

dixi copioſius q̃ loquimur cogitare. Vita ergo ini
qua aberat ab illa domo: nec cū Marta erat: nec
cum Maria. Et ſi aliquando fuit domino intran
te fugit. Paragraphus ſecundus.

Remanſerunt ergo in illa domo quæ ſuſceperat
dominū in duabus feminis due uitæ: ambe inno
centes: ambe laudabiles. Vna laborioſa: altera o
cioſa: nulla facinoroſa: nulla deſidioſa. Ambe in
nocētes: ambe inquā laudabiles: ſed una laborio
ſa: altera ocioſa: nulla facinoroſa: quā cauere de
bet laborioſa. Nulla deſidioſa: quā cauere debet
ocioſa: minime diuerſarū ſcientiarū litterarū ue
ſtudiis uacans. Paragraphus tertius.

Erant ergo ī illa domo iſte due uitæ. Et ipſe fons
uitæ. In marta erat imago præſentiū.i. actiuæ.
In Maria futuroꝝ.i. contemplatiuæ. Quod age
bat marta ibi ſumus: dum actiuam gerimus ui
tam. Quod agebat maria hoc ſperamus dum oī
bus poſtpoſitis ad cōtemplatiuā uitā trahimur.

Paragraphus quartus.

Hoc agamus bene: ut illud habeamus plene. Nā
quid īde habemus? aut quantū habemus? Quā
diu hic ſumus dum uitam agimus actiuā. Quā
tum eſt quod inde habemus? Nam & modo īde
aliquid agimus: remoti a negociis depoſitis fami
liaribus curis cōueniſtis: ſtatis: auditis: in quātū

hoc agitis Marie ſimiles eſtis. Et facilius uos q̄d ægit maria: abſq; uidelicet nimia litteraꝝ: legū q; diuerſarū diſcuſſione agitis: q̄ ego qui prærogo curis maximis. ſ. & plurimis ſacraꝝ litteraꝝ ſubtilitatibus. Vnde dicit̃. Beata ruſticitas ſimplex & recta & igne diuino ſuccenſa.

Capitulum nonum de ſententia domini.

Cce iam quid inter actiuam & contemplatiuam interſit uitam: indicauit nobis egregius doctor. Audiamus inſup quid per domini ſententiā idem Auguſtinus oſtendat. Dum hæc promouerit ſaluator Mathe uerba.

Paragraphus primus.

Marta marta ſolicita es: & turbaris erga plurima Maria autē optimā partem elegit. qnæ non auferetur ab ea. Marta marta: repetitio nominis inditium eſt dilectionis: aut forte mouende intentionis: ut audiret attentius bis uocata eſt: Marta marta audi. Tu circa multa es occupata: in obligatione uidelicet mandatoꝝ: legumq; diuerſarum præceptoꝝ. Vnum autē eſt opus. i. unum ē neceſſarium: quod eſt præceptū deſiderandū dilectiōis Ieſu chriſti dei ueri: & ueri hominis. Nō unum opus quaſi ſingulare opus. Sed opus eſt

quod ad omnē ſpiritualium diuinorū q; affectio nem guſtum & ſuauitatē ſe extēdit: hoc expedit neceſſariū eſt ad dei & proximi ueram uendicare & poſſidere charitatē: de qua Hieronymus ait. Qui ſine charitate eſt: ſine deo eſt. Non dixerat qui ſine litterarum eruditione & legum.

Paragraphus ſecundus.

Quod eſt unum hoc egerat maria. Vnū cogitate fratres mei: & uidete in ipſa multitudine ſpiritualium & diuinorꝝ affectionū. Si delectat niſi unum.ſ. deſiderium dilectionis & uiſionis domini noſtri Ieſu chriſti. Ecce deo propitio q̄ multi eſtis. Quis uos ferret niſi unū ſaperetis? in dei & proximi charitate? Vnde in multis qes iſta cō templatiōis: quaſi dicat nec in multis præceptorum obligatōibus pacifica poſſidetur quies ſpiritualis. Sed in unum dilectionis praeceptū. Ideo ſequitur exemplū. Da unū & populus eſt. Tolle unum & turba eſt. Quid eſt turba: niſi multitudo turbata: ſed audite apoſtolum.

Paragraphus tertius.

Obſecro āt uos fratres: multitudini dicebat: ſed omnes unum facere uolebat: perſuadens ad contemplationis requiē. Obſecro aūt uos fratres ut id ipſum dicatis oēs.ſ. charitatē dei & proximi. Et non ſint in uobis ſiſmata diſputationū inter

tēporaliū legū cautelas: & ſpiritualiū: atq; diui-
norum munerꝝ affectionē. Scitis autem perfecti
in eodem ſenſu dilectionis dei: & in eadem ſcien
tia charitatis. Paragraphus quartus.

Nam qui ſimpliciter manet cum Maria in dile
ctione Ieſu chriſti: & charitate eius: ī deo manet:
& deus in eo: quā dominus quidem excuſauit di
lectam ſuam corā legis peritis: phariſeis. & epulā
tibus in conuiuiis humane ſapiētie: de erroribus
& peccatis iam p ignem dilectionis conſūptis: &
anullatis illius. Sed magis īcrepat murmurantē
phariſeum in perſona prudentiū: & ſapientiū ſe
cūdum mundi doctrinā: qui in exceſſibus electo
rum facillime ſcandalizant̄. non aduertentes ad
uim diuine dilectionis: quæ omnia delicta cōbu
rit: ſicut ſubcenditur ī ardētiſſima fornace palea
& ſtipula. Paragraphus quintus.

Ideo dixerat dominus phariſeo: ſigna quæ erant
dlectionis in maria peccatrice: quæ non fuerant
ī eo. Vnde abſoluit̄ illa: & iſte ex temeraria dam
natur murmuratione. Et quod magis eſt: exēplo
tunc duorum debitorꝝ propria ſua ipſaq; huma
na prudentia capitur propalata ex ore ſuo ſentē
tia. Quod ille plus diligit cui plus dimittit̄. Itaq;
nimio ſuccenſa deſiderio remiſſionis multorꝝ ob
ſarcinam reatuum: immenſorꝝq; facinorū ſuorꝝ

quæ Maria cognoſcebat: maioris dilectõis ſigna intrinſeca & extrinſeca oſtendit: q̃ phariſeus qui forte illius erat animi: quo alter ille phariſeus de quo in euangelio dominus commemorat: una cũ publicano q dicebat. Ago tibi grãs: & cætera.

Paragraphus ſextus.

Sic iſte neſciens proprios defectus ſigna dilectionis in domino non oſtenderat. Sed mariã murmurans condemnabat peccatricẽ: quæ mundior erat illo. Nam ex dilectione ſua ab omnibus ſuis purificata peccatis remanſit. Vnde digna fuit excuſatiõis apud ſcandalizatos. Lõge magis apud ſororẽ ſuam Martam excuſari a domĩo meruit: dum ſecus pedes domini ſedens diuina implebatur ſapientia: in qua illud unum quod ſaluator neceſſarium fore oſtenderat: tanq̃ infans in gremio collocatur matris. Nam dilectio Ieſu chriſti & uiſio eius nutritur & alitur a ſapientia dei: nõ ex ſcientia℞ dogmatũ: ſed ex charitate altiſſimi. Quid autem ſit ſapiẽtia & uirtutes eius: ex libro ſapientiæ hic inferius intimabo.

Capitulum decimũ de ſapientia contemplatiõis quæ imbuit' ab his qui cum Maria ignara litterarum ſimpliciter ad pedes domini in humilitate petit: querit: & pulſat: orationibus: meditationi

bus:& auſteritatibus donum dilectionis & uiſio
nis Ieſu chriſti.

It enim Salomō. Omniū enim artifex do
cuit me ſapientiā dei:uidelicet quæ non ni
mio litterarū ſtudio adipiſcitur:ſed ſolum diuīa
fauente gratia in electorum cordibus habitare de
lectatur. Paragraphus primus.

Eſt.n.ī illa ſpiritus ītelligentiæ:ſanctus:unicus:
multiplex:ſubtilis:mobilis:diſertus: incoinqna
tus:certus:ſuauis:amans:bonus:acutus:q nihil
uetat bene facere:humanus: benignus:ſtabilis:
certus:ſecurus:omnē habens uirtutem:omnia p
ſpitiens: & qui capit omnes ſpiritus ītelligibiles
Omnibus.n.mobilibus:mobilior eſt ſapientia.
Attingit autem ubiq; propter ſuam mūditiam.
Vapor eſt enī uirtutis dei: & emanatio quædā ē
claritatis omnipotentis dei ſincera:& ideo nihil ī
quinatum in illā incurrit. Candor eſt enim lucis
æterne:& ſpeculū ſine macula dei maieſtatis: et
imago bonitatis illius. Et cum ſit una omnia po
teſt:& permanens in ſe omnia innouat: & p na-
tiões in animas ſanctas ſe tranſfert. Amicos dei
& prophetas cōſtituit. Paragraphus ſecūdus.

Neminem.n.diligit deus niſi eum q cum ſapiē
tia inhabitat. Eſt enim ſpecioſior ſole: & ſuper
omnem ſtellarum diſpoſitionē. Luci comparata

ĩuenitur prior. illi enim ſuccedit nox. Sapientiã
auté nõ uincit malitia. Paragraphus tertius.
Attingit ergo a fine uſq; ad finẽ fortiter: & diſpo
nit omnia ſuauiter: hanc amaui & exquiſiui a iu
uentute mea. Et quæſiui ſponſam eam mihi aſ
ſumere: & amator factus ſum forme illius. Ge-
neroſitatem illius glorificat: contuberniũ habés
dei: ſed omnium dominus dilexit illam.

Paragraphus quartus.

Doctrix eſt enĩ diſcipline dei ſpiritualis. Electrix
operum illius: diuinoꝝ ſpetialiter maxĩeq;: & ſi
diuitiæ appetunť in uita: quid ſapientia locuple
cius? que omnia operať tam diuina q̃ humana.
Si autẽ ſenſus operať: quis hoꝝ qui ſunt magis
q̃ illa ẽ artifex? Et ſi iuſticiã quis diligit magnas
habet uirtutes. Paragraphus quintus.
Sobrietaté enim & ſapientiam docet: & iuſticiã:
& uirtutem: quibus utilius nihil eſt in uita hoĩ
bus. Et ſi multitudinẽ ſcientiæ humanaꝝ rerum
& litterarũ quis deſiderat: ſcit præterita per reue
lationẽ. & de futuris exiſtimat per ĩſpirationem
diuinam. Scit uerſutias ſermonũ per lumen ĩtel
ligentiæ ſpiritualis. Et ſolutiones: & diſpoſitiões
argumentoꝝ: per lumen intellectus a deo ſupra
naturam illuſtratũ. Signa & monſtra ſcit anteq̃
fiant: & euentus temporũ; & ſeculorũ in appari

✠

tionibus: aut uiſiōibus angelorum ſanctorum: aut ipſius Ieſu chriſti. Paragraphus ſextus.

Propoſui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum: ſciens quoniam cōmunicabit mecū de bonis ſpiritualibus. Et erit alocutio cogitationis & tedii mei: ſciletii: & ſolitudinis: diuini ſuſurii. i. mentalis dei locutio electorū cum deo: & deus cū illis. Habeo propter hanc claritatē predicationū ad turbas: & honores apud ſeniores: deuotos uidelicet & ſpirituales: atq; electos: & ſāctos uiros. Iuuenis & acutus uiribus & ingenio inueniar in iuditio: & in conſpectu potentiū amabilis ero: & facies principū mirabuntur me. Tacentē me ſuſtinebunt. & loquentē me reſpitient: & ſermocinante me plura: manum ori ſuo imponent.

Paragraphus ſeptimus.

Propterea habebo per hāc immortalitatē: & memoriam æternā is qui poſt me uenturi ſunt relinquam. Diſponā populos ī doctrina dei in libris: & ſcriptis: & confeſſionibus. Et natiōes erunt mihi ſubiectæ: ex deuotione & fide. Timebunt me prædicante iuditia dei reges horrēdi. In multitudine deuotorū & ſpiritualium uidebor bonus. Et in bello remptationū & perſecutionū fortis: ītrans in domū meam conſcientiæ immaculate a conſenſu. Vnde conquieſcam cū illa. ſ. ſapiētia

abſq; remorſu coinquinationis reatus.

Paragraphus octauus.

Non.n.habet amaritudinē cōuerſatio illius: nec tedium coniunctus illius: per donum cōtempla tionis. Sed lætitiam & gaudium ſpiritualē: atq; diuinum ī ſuauitate ſenſationū diuerſarū. Hæc cogitans apud me: & cōmemorans in corde meo quoniam īmortalis eſt in cogitatione ſapientia: & in amicitia illius dilectio bona ſpiritualis: et di uina. Et in operibus manuū illius honeſtas ſine defectione. Et in certamine aduerſantiū et oblo quentium loquele illius dilectionis diuine ſapīa et præclaritas in cōmunicatiōe ſermonū ipſius. Quoniā ſpiritus domini repleuit orbem terrarū i.utriuſq; hominē. Et ideo hoc quod in eo conti net omnē habet ſcientiā uocis: in pronuntiando archana dei quæ non licet homini loqui.

Paragraphus nonus.

Circuibam quærēs ut mihi illam aſſumerē: uide licet in ſpōſam. Puer autem erā: ex ſimplicitate more pure colūbe: et īgenioſus: ex ſpūali prudē tia: more ſerpētis. Et ſortitus ſū animā bonā: di uina electione & uocatione ſpetiali. Et ut eſſem magis bonus ueni ad corpus coinquinatū: ad iu ſtificandum & corroborandū illud: tanq̄ aurum in fornace p̄ diuerſas & inauditas temptationes

✠

diaboli:ubi omnes animæ uirtutes & potentiæ ĩ abſentia ſapientiæ debilitant̃:& mortificant̃ ſub ter humanas uires:ita ut neceſſe ſit deficere: & ĩ multis reprehenſibilibus cõtaminari. Et ut ſciui quoniã aliter nõ poſſum eſſe continẽs niſi deus det:experiẽtia ductus:quia ſic oportebat ut pro priam agnoſcerẽ fragilitatẽ & miſeriã. Nã & hoc ipſũ erat ſapientiæ opus neceſſariũ.ſ.ſcire cuius eſſet hoc donum : quia donũ dei eſt non uirtus hominũ. More dicẽtis. Nemo caſtus niſi a deo. Iccirco adii dominũ & deprecatus ſum illum: et dixi ex totis præcordiis meis.

Paragraphus decimus ex.C.ix.ſapientiae. Deus patrum meorũ et domine miſericordie q feciſti oĩa uerbo tuo. Et ſapientia tua cõſtituiſti hominẽ ut dominaret̃ creaturæ tuæ : quæ a te facta eſt ut diſponat orbem terrarũ in equitate : et iuſtitia:et directione cordis iuditium iudicet. Da mihi ſedium tuarũ aſſiſtricem ſapientiã: et noli me reprobare a pueris tuis. Qui non litterarꝶ eruditione:ſed ſpirituali doctrina ſapiẽtiſſimi facti ſunt a te. Quoniã ego ſeruus tuus ſum:et filius ancille tue:homo ĩfirmus:et exigui temporis: et minor ad intellectũ iuditii:et legum. Et ſi quis erit cõſumatus inter filios hominũ:ſi defuerit ab illo ſapiẽtia tua:in nihilũ computabit̃:et cetera.

✠

Paragraphus undecimus.

Mitte illam de celis ſanctis tuis: & a ſede magni/
tudinis tuæ: ut mecũ ſit: in bonis operibus exercẽ
dis: humãis: diuinis: ac ſpiritualibus. Et mecum
laboret: in patiẽter: & humiliter: aduerſa tollerã
do. Quoniã hæc non in humanarũ litterarũ uiri
bus acquirunt: ſed ſolum diuina ſapientia tua p
quam fac ut & ſciam quid acceptũ ſit apud te.
Quoniã multi fallunt ĩ iuditiis tuis. Nam abyſ
ſus multa ſũt. Paragraphus duodecimus.

Scit.n. illa omnia: & intelligit: & deducet me in
operibus meis ſobrie: & cuſtodiet me in ſua potẽ
tia. Ita ut abſq; ſcientiarũ: diuerſarũq; legum ru
dimentis. Erunt accepta opera mea in uinculo o
perata dei dilectionis & cetera.

Paragraphus decimus tertius.

Quis enim hominũ poterit ſcire conſciliũ dei:
aut quis poterit cogitare quid nelit deus. Cogita
tiones enim mortaliũ timide: & incerte prouidẽ/
tiæ noſtre & cetera. Senſum aũt tuum quis ſciet
niſi tu dederis ſapientiam: & miſeris ſpiritũ ſan
ctum tuum de altiſſimis? Et ſic ſunt correcte ſe/
mite eoꝝ qui in terris ſunt. In multis temptatõi
bus & ãguſtiis ĩ tẽpore iuſtificatõis. Et ſic quæ ti
bi placẽt didicerũt hoĩes electi facere ĩ tẽpore ma
gnificatiõis. Nã p ſapiẽtiã ſanati ſũt qcũq; pla/

cuerint tibi domine a pricipio: eligere: uocare: iuſtificare, magnificare: in arcē tuæ contēplatiōis. Deniq; glorificaſti eos in gloriā tuā ſempiternā.

Capitulū. xi. tertiæ ptis libri primi: q̄ hæc ſapīa ī electiōe: & uocatōe ſuſcipit ī gaudio & uirtute. Deīde probat quos recipit: & iuſtificat crutiādo ī tribulatiōe. Deniq; letificat. Ex libro eccleſiaſtico capitulo .iii.

T in eā cōtēplatiuis uitam niſi unū neceſſariū ſit. ſ. amor Ieſu chriſti q generat: & producit: nutritur & alit ſolū in dei ſapīa. Illam hic prope ī teſtimoniū: & ī ꝓpoſiti mei cōfirmationē deducere decreui. Ne qs putet ad arcē cōtēplationis pueniendi modus ſit litterarū ſtudiū: aut rerū hūanarū uires oportere. Cū nō ſit uolētis neq; currētis: ſed dn̄i miſerētis. dn̄o atteſtāte atq; dicēte. Nemo uēit ad me niſi pr̄ meus traxerit eū. ad eū duxerī p uiā cōtēplatōis. Paragraphus priūs d̄ uocatōe & iuſtificatōe cōtēplatioꝝ. Nūc āt quos deus p ſapīam ad pfectōem uocat q̄ illos corrigat et iuſtificat: poſtrēo letos reddat Ex eccleſiaſtico ut ſupra dixiūs libro ītimar utilimū eē putaui: ubi ſic hētur. Sapiētia filiis ſuis electis uidelicet et cōtēplatiuis: uitā īſpirat dilectōis de q̄ ſaluator ipſe ait. Qui credit p dilectū ī me n̄

✠

morietur in eternũ. Sed pater meus diliget eum et ad eum ueniemus: et manſionẽ apud eum fa ciemus. ſ. in hac uita per attractionẽ contempla tionis. In uita quidem eterna per plenã dei frui tionem & clariſſimã uiſionem.

Paragraphus ſecundus.

Et ideo hæc ſapientia ſuſcipit exquirẽtes per uo cationem & dei electionẽ: & præibit ĩ uia iuſtitiæ & qui illam diligit: diligit uitã. Vitam inquã cõ templatiuã. Et qui uigilauerint ad illam comple ctentur placõnem eius. Qui tenuerint illam per uirtutem continue orationis: & deuotionũ aſſi duitatem: uitam hereditabunt redẽptoris dicen tis. Ego ſum uia: ueritas: & uita. unde. Et quo in troibit benedicet deus. Qui ſeruiunt ei obſequẽ tes erunt ſancto filio ſuo. Et eos qui diligũt illã diligit deus. qui audit illam ex ore ſaluatoris di centis. Qui audit me non confundet: ſed iudicat gẽtes actiue uitæ ĩ ſpũalibus & diuinis impitas.

Paragraphus tertius.

Et qui intuet illam per imitationẽ Ieſu chriſti di centis. Qui ſequit me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen uitæ uere ſalutis. Et ideo per manebit confidens. Si crediderit ei in remunera tione patientiæ hereditabit illam. Et erunt in cõ firmatiõe creaturæ illorũ per exẽplũ humilitatis

✠

& tollerantiæ in aduerſis : quoniā in temptatiōe ambulat cum eo tempore iuſtificationis.

Paragraphus quartus.

Et in primis eligit eum ad iuſtificandū. Vnde ti morē: & metū: & probationē inducet ſuper illū. Et cruciabit illum in tribulatiōe doctrine ſuæ do nec temptet illū in cogitationibus eius: & credat animæ illius:

Paragraphus quintus.

Tandem in tempore magnificationis firmabit il lum: & iter adducet directum ad illū. Et letifica bit eum ī delitiis ſpiritualibus. Et denudabit do minus Ieſus abſconſa ſua myſteria: uiſionemq; diuinam illi electo ſuo. Et theſaurizat ſup eum ſcientiam rerum ſpiritualiū: & intellectum iuſti tiæ ad obediendū gratiæ. Si autē oberrauerit per ignorantiam: fragilitatē: uel deceptionē: ſapiētia & gratia dei derelinquet eum: & tradet eū in ma nus inimici: in correctionē: ſiue purgationē: qa electus non poteſt damnari. Sed quos diligit cor rigit: & caſtigat. Et omnem filiū quem recipit fla gellat.

Paragraphus ſextus.

Fili conſerua tempus in uirtutibus et bonis opi bus: et de uita a malo. Pro anima tua non confū daris dicere uerum. Eſt enim confuſio adducens peccatū qui mala intentione & mala uoluntate reatus perpetrant̃. Et eſt confuſio adducens glo

riam & gratiã his qui diuina pmiſſione tempore iuſtificationis probant̃ in camino temptationũ: ut ĩde uere dei charitatis uoluntatẽ ſcire conſeq: & uendicare ſecurius ualeant. Quã indicat beatus Bernardus dicens.

Capitulum duodecimũ de uera & bona dei uolũtate ad cognoſcendũ p diſcuſſionẽ aĩæ electorũ.

Vod autem in totũ uult. Primo conſiderãdum quid illud ſit quod ſic uelit. Deinde quantũ uelit: & quomodo uelit: Si quod in totũ uult: deus eſt. Diſcutiendũ eſt ei quantũ & quo modo uelit: et utrũ ipſe in cõtemptũ ſui ipſius: omniumq; quæ ſunt et eſſe poſſunt: et hoc non tantũ ex iuditio ratiõis: ſed etiam ex affectu mẽtis: ut iam uoluntas pluſq̃ uoluntas ſit: ut amor ſit: ut dilectio ſit: ut ſit charitas: ſit unitas ſpũs: Sic enim diligendus eſt deus.

Paragraphus primus.

Magna enim uoluntas ad deũ amor eſt: dilectio eſt: adheſio eſt: ſui cõiunctio: charitatis fruitio. Vnitas uero cũ deo ſpiritus hominis ſurſum coherentis proficiẽtis in deum uolũtatis ẽ pfectio. Cũ iam nõ ſolũmodo uult quod deus uult: ſed ſic eſt nõ tantũ affectus: ſed in affectu pfectus: ut nõ poſſit uelle niſi qđ deus uult. Velle aũt qđ

deus uult: hoc eſt iam deo ſimile eſſe. Nõ poſſe niſi quod deus uult: hoc eſt iam qđ deus eſt cui uelle:& eẽ id ipſũ eſt. Paragraphus ſecũdus.

Vnde bene dicitᷣ qa tũc plene uidebimus eũ ſicuti eſt:cũ ſimiles ei erimus: hoc eſt erimus qđ ille eſt. Quibus.n.poteſtas data ẽ filios dei fieri. Data eſt poteſtas:non quidẽ ut ſint deus:ſed ſint tamen quod deus eſt. Scint ſancti futuri plene beati. Quod eſt nec aliunde hic ſancti:nec ibi futuri beati q̃ ex deo qui eoꝶ ſanctitas & beatitudo eſt. Et hoc eſt omnis perfectio ſimilitudo dei. Et iõ huic perfectioni nutriẽda eſt ſemper uoluntas:amor præparãdus. uoluntas cohibenda ne in aliena diſcipetᷣ. Paragraphus tertius.

Ecce iam a beato Bernardo dilucide intellexiſtis fratres ꝙ omnibus q ad contẽplatiuã trahuntᷣ diuinitus:uitam:uoluntas bona: intentio: & finis in conſeruatiõe dilectionis:& amoris dei reputatur pro facto. Nunc autẽ ab eodẽ ſcribitᷣ uiris cõtẽplatiuis de Monte dei:ordinis carthugienſis ꝙ tenentᷣ minime more actiuoꝶ ad obligationẽ et ſeruitutẽ legũ coĩum. Sed in dilectione adherere deo iuxta mãdata diuĩe legis:præſertĩ ad primũ. Dilige dñm deum tuũ:& cetera. Cum dicat apoſtolus. Si ducimini ſpiritu iã non eſtis ſub lege.

Paragraphus quartus de uerbis beati Bernardi.
Nõ eſt ueſtrũ languere circa cõia præcepta: neq;
hoc ſolũ attẽdere quid præcipiat deus: ſed quid
uelit: probantes quæ ſit uoluntas dei bona: bene
placens & perfecta ad omnia mũdi gaudia poſt
ponendũ. Et unum tantũ præceptũ dilectionis
Ieſu chriſti amplectendũ. Alioꝝ enĩ. ſ. actiuorũ
eſt ſeruire deo ĩ cunctis ſinguliſq; mãdatis: tam
diuinis q̃ eccleſiaſticis. Veſtrum eſt adherere ſpũ
ac cordis feruore: iuxta illud. Da mihi cor tuũ et
ſufficit. Ad horũ eſt deum credere: iuxta litterã:
ſcire ſecũdũ leges: amare & reuereri iuxta cõia &
eccleſiaſtica mandata. Quibus dictũ eſt a domi
no. Non quis dixerit uerbo tantũ domine. d. ſed
qui fecerit corporalia aut ſpũalia miſericordiæ o
pera: intrabit regnum cælorũ. Veſtrũ autem eſt
ſapere diuino guſtu: intelligere diuina myſteria
cognoſcere donoꝝ gratiaꝝq; diuerſitatẽ. Frui dei
diuinitate in unitate & trinitate perfecta.

Paragraphus quintus.

Abſit tamen fratres a conſciẽtie ueſtræ extima-
tione: a paruitate & humilitate ueſtra: & ab ore
ueſtro omnis altitudo ſcientiarũ: ſublimiũq; li-
brorum: aut ſubtilitatẽ legum canonicaꝝ & com
muniũ. Quia altum ſapere ſtudio naturali litte
rarum: mors eſt. Et facile eſt ſe cõtinentẽ in altũ

obſtupeſcere:& de uita periclitari cōtemplatiua: & ad īferos in æternū demergi. Vnde apoſtolus Noli altum ſapere:ſed time. Non nomen aliud profeſſioni ueſtræ imponite. Alium titulum opi ueſtro inſcribite. Feras uos potius indomitas & ī caueatas beſtias: quæ aliter & cōmuni hominū more domari non poterāt extimate & appellate.

Paragraphus ſextus.

Sola eſt igitur a domino cōmendata dilectio oratione & deſiderio appetenda: ac ſolicite inquirenda: de qua beatus Auguſtinus in ſermone ſic loquitur. Merito itaq; magiſter bonus dilectionem ſic ſæpe cōmendat: tanq̄ ſola præcipienda ſit. Sine qua non poſſunt poſſideri contēplatiuis cætera bona. Sicuti ſunt gaudiū: pax: longaminitas: bonitas: benignitas: fides: mãſuetudo: continētia. Quæ nō poſſunt haberi ſine cæteris bonis donis ſ. ſpiritus ſancti: in timore dei: pietate proximi: ſcientia ſpiritualiū rerum: ſapiētia diuinoꝵ myſteriorū: intellectu diuine uiſionis: fortitudine ī omnibus aduerſis.

Explicit liber primus dictus mitralis: cum de gloria & dignitate in eo probetur uiroꝵ ſpiritualiū. Partes. n. tres habet: quarū ī prima tractatᷣ de admonitione & correctione perſequentiū: calumniantium: atq; temere improperantiū uiris exptis

ſenioribus deuotis: & contemplatiuis.
Secunda uero diuerſa dei iuditia manifeſtat.
Tertia autem pars probat obligationẽ actiuorũ ad uniuerſa fidei chriſtianæ diuina cõmuniaq; mandata ꝑtinere. Et ꝙ ad unum tantũ teneãtur contẽplatiui. ſ. dilectionis mandatũ: a quo pen-det omnis lex & præceptum.

Incipit liber ſecundus dictus uirga nuptialis: cũ de uirga anguſtiarũ electorũ in eo a diuerſis ſan-ctis doctoribus deſcripta poſita ſit. Ac tres ꝑtes habet. Quarũ prima dicitur Iuſtificatiua: eo ꝙ de tempore iuſtificationis electorum tractet. Ha-betq; capitula decem & ſeptem.
Primũ de uerbis beati Bernardi ad carthugiẽſes.
Secundũ de uerbis Vbertini de Caſale.
Tertiũ de uerbis boneuenturæ: ordinis minoꝝ.
Quartum de uerbis Ioannis Iarſonis.
Quintũ de eodẽ in libro de imitatione Chriſti.
Sextum de eodem libro. C. vi.
Septimum de eodem libro. C. vii.
Octauum de uerbis ſanctiſſimi & peritiſſimi ui-ri magni Gualterii.
Nonum de eodem opere libro ſecũdo. C. xxii.
Decimum de eodem libro & eodem capitulo.
Vndecimũ de eodem libro in ſequenti capitulo.

✠

Duodecimū de eodem libro.xxviiii.capitulo.
Decimūtertiū de eodē libro & eodem capitulo.
Decimūquartū de eodē libro.xlii.capitulo.
Decimūquintū de eodē libro & eodē capitulo.
Decimūſextū de eodē libro & eodem capitulo.
Decimūſeptimū de eodē libro & eodē capitulo.

Secunda pars dicitur temporalis:eo ꝙ de diuerſitate temporū electorū dinumerat. Et habet capitula undecim.

Capitulum primum de initio uocationis.
Capitulum ſecundum de ſimilitudine uitæ Ieſu chriſti:incipiens a conceptiōe uſq; ad reſurrectionem:uſq; ad capitulum undecimum.
Capitulū undecimū de deceptione ſpūs ſancti.

Tertia pars appellat̃ deceptiua:eo ꝙ de deceptōe electorum in ea habetur. Et habet capitula.xvi.

Capitulū primū:ſecūdū:tertiū:& quartū de ſermōe beati Bernardi de tribus tēporibus electoꝝ.
Capitulum quintum de uerbis Vgonis.
Capitulum ſextum:ſeptimum:octauum:nonū de quodā opere ſpirituali:edito a quodā ſancto uiro ordinis prædicatorum.
Capitulū decimū đ uerbis Aug.Pauli:& Dauid.
Capitulum undecimum de opere prædicto.

Capitulum duodecimum de uerbis Auguſtini de uita chriſtiana.
Capitulum decimumtertium quod electus nec poteſt aliqđ mala uoluntate agere dũ iuſtificať.
Capitulũ decimũquartũ ꝙ poſt tẽpus magnificationis ſuccedit tempus glorificationis in æternam gloriam.
Capitulum decimumquintũ & decimumſextũ de eadem materia.

Explicit tabula ſecundi libri.

Exordium ſecundi libri.

E quis de his quæ nos ĩ primo libro ſcripſerimus inuocatione: iuſtificatione: & magnificatione electorũ fabulas uoluiſſe figere putet. Diuerſorum ſanctorũ: doctorumq; eccleſiaſticoꝝ ſentẽtias ſuſcipientes: aliquãdo de ſenſu ad ſenſum: aliquando de uerbo ad uerbum: aliquando capitula. Deniq; in omnium ſupradictorũ ſanctorũ auctoritatibus dicta noſtra curauimus affirmař.

Explicit exordium. Incipit narratio primæ partis.

✠

Nnumeranda ſunt flagella fratres mei quibus deus uexari pmittit electos: a bonis & malis ãgelis: a bonis & malis hominibus. Et nõnunq̃ per ſe metipſum tẽpore iuſtificationis eoꝝ: deſerens eos ut probent̃ tanq̃ aurũ in fornace in tẽptatiõibus: infirmitatibus: & perſecutõibus multis: prout a uiris ſanctiſſimis: erudítiſſimiſq;: qui in huiuſmodi prouintia tanq̃ longe experti conſcriber̃ auſi ſunt: fieri ualebitis certiores.

Capitulum primũ: ex capitulo duodecimo beati Bernardi ad Carthugienſes.

Vi.n. pugnat contra concupiſcentias patitur moleſtias: quia uincere adhuc nõ præualet ad perfectũ affectiones. Qui uero ad libertatem iam aſpirat: excutere a ſe non poteſt imaginatões affectionũ: & noxias: uel occupatorias: uel ocioſas: quæ ex inde paſſim oriunt̃ cogitationes. Hinc in tẽpore pſalmodie: oratiõis cæterorũ exercitioꝝ ſpiritualium in corde ſerui dei & nolẽtis: & reluctantis: imaginatões reuoluunt̃: & fantaſmata cogitationũ uerſant̃: a quibus uelut auibus ĩmundis inſidentibus: & circũuolantibus ſacrificiũ orationis: ac deuotionis: uel oratio rapit̃ de manu tenẽtis: uel ſæpe polluit̃ uſq; ad lachrymas offerẽtis. Fitq; miſerabilis & miſere animæ.

✠

iniqua ſpiritu & oratione: uoluntatē cordis & in
tentioné: & corporis promptũ obſequiũ ſibi de-
fendente. Animali uero improbitate affectum ſi
bi præripiente: & intellectũ mēte ſæpius ſine fru
ctu remanente. Hinc infirmioribus animis inci
pientium: uidelicet & in quibus concupiſcentiæ
carnis & ſeculi nōdum mortificate ſunt: paſſim
uitia curioſitatis ebuliunt. Hīc ſolitudinis & ſci
lentii quærunt́ inordinatæ: & propoſiti inimice
conſolationes ī uia regia cōmuniũ inſtitutionũ
furtiua proprie uolũtatis diuerticula ſolitorum
faſtidium nouitatũ præſumptio. Que quidem
erigi animi pruritũ & tedium quaſſi confabricā
do uidetur ad horam lenire: ſed calefaciunt: & ac
cendunt: & ut poſtmodũ nequius ferueant pru
riant efficiunt. Hinc. n. fiunt cottidie noue occu
pationes: noue actionũ & laborũ adinuentiões:
lectiones diuerſe: non ad ædificandũ animũ: ſed
ad fallendũ tardantis diei tediũ: ut cum damna-
uerit ſolitarius omnia uetera omīa ſolita: & defe
cerint noua: non reſtet niſi odium celle & fuga
matura.

Capitulũ ſecundũ de tribus crucibus perfectoꝝ
qui trahuntur ad arcem contemplationis Vber
tini de Caſale.

Llos īperfectos incipiētes quos per ꝑfectũ

✠

gratiæ. Diuina ſapientia educere intendit ad per
fectum: quæ omnino ſeparat a phariſeorꝫ ſuper
cilio. Sed in defectibus ſæpe aliorũ imperfectorꝫ
ad ſui eorum humiliationẽ ſinit inuolui. Cõiter
tamen iſti paulatine formãtur & deducuntur ad
participium uirtutũ: quæ in cruce proficiẽtium
deſcribent̃: ut nunc unam: nunc aliã uirtutẽ faci
at eos apprehẽdere: & ſimpliciter ĩ ſimilibus rui
nis ariditatum defectibus: & alterationibus: nũc
bonorꝫ: nunc malorꝫ eos exercere ĩcipit & cetera.
De cruce proficientium paragraphus primus.
Secunda crux eſt proficientiũ: & cõſiſtit in hoc:
ꝙ aliqua principia ſtatus perfectiõis prægustat:
& ad iſtum ſtatum quãdo deus præuenit aĩam ĩ
guſtibus: tota mentis conatu anhelat. Quia uero
multum a perfectione deficit: ideo quando diui
nis priuatur guſtibus: ſtatim de ſua infirmitate
deſperat: nec credit cum multa formidine & ob
ſcuritate ꝙ deus eam multũ tenere diligat: nec ꝙ
eam erigere uelit ad uias perfectionis: multũ iſta
uacillat inter bonum & malũ: modo uitam ĩmu
tat: & ſibi regulas perfectionis format. Et quãdo
ſentit modicum guſtũ: ſtatim ſe credit aſcender̃
ſuper pennas uentorũ. Et quia non eſt adhuc ſe
ipſa uacua: ideo multũ libenter guſtat deum: ut
ſe ipſum promouentẽ & conſolãtem & dotantẽ

uirtutibus. Et niſi caueat ſibi ſuperuentum pro
prie reputatiõis ponitur & alliditur ualde. Verꝝ
quia benedictus et pius deus eam ad perfectionẽ
elegit: ſtatim lumine claritatis ſue illuſtrat: & in
ſuum redigens nihilum ad horã amoris illius ca
ſtigat uehemẽtiã: et eam ſe metipſa cruciat: ipſã
in ſeipſam reintrare ꝑmittit. Itaq; ſibi miſericor
diter ſubtrahit ſentimentum quod dedit: ob qđ
talis anima portat ſeipſam ut clauum ĩ corde et
cetera. Paragraphus ſecundus.
Permittit ãt dñs ĩ his multas ſimplicitates: & cre
bro deceptões: quas tñ & pia ĩtẽtõis radice: & ſua
bõitate ſupportat: ad multaꝝ expiẽtiaꝝ utilitatẽ
euẽire tribuit. Hic ſtatus nõ põt ſeipſũ profũdarẽ
ĩ cogitatõe ſue abyſſalis malitiæ. qa cecitas ſua ſẽ
p uelamẽ excuſatõis appõit: nec põt plene ferri in
rectã extimationẽ ꝓximi: iõ ſæpe uiros perfectos
pp ſuã ĩexpiẽtiã de modico defectu: q forte ẽ pro
fectus iudicat. qa tñ ad profectũ tẽdit ĩ tali iudi
tio nõ durat. Hic ſtatus cũ dulcedine aĩco fuit et
cũ brachiis ſtrĩgit corã deo. Et licet uelit ferri pp
dñi mãdatũ ad inimicoꝝ amorẽ: tñ cum difficul
tate & cum modico ſapore ptõ ferri in eoꝝ amo
rẽ & cetera: ut inferius. Paragraphus tertius.
Et qa bñdictus Ieſus: ut pia mr̃ amoroſe: & ut pi
us medicus p medicĩas efficaces hũc ad pfectionẽ

✠

intendit adducere : ideo ipſum crebro ut eum in propria cogitatione expertū faciat tēptationibus ſubdit ſpiritualibuſ:et carnalibus : et noua uitia ī ſuis prioribus uanitatibus īexpta ī ipſa excitari pmittit. Guſtus et delectatiões ſubtrahit: īmo & lumina quæ ſibi dederat obſcurat: et eū tā mēte q̄ carne ſic tribulatōibus circuncingit: ut iſte qua ſi ſe derelictum a deo reputare hēat: unde crebro cum multis lachrymis clamat. Quare oblitus es mei: et q̄re cōtriſtatus īcedo dum affligit me ini micus. Iō crebro prope deſpationē eum dimittit ſic: ut lamētum Iob ſibi deus uideatᷣ de nouo for mare. Vnde ſe dānandum timens totaliter ſæpe dicit. Pereat dies et cetera. Sed quia deus ad perfe ctionē adducit hic eum nō dimittit: nec quaſi de ſua damnatōe proprie cū dolore pmittit. Sed qa uidetur ſibi quod a planta pedis uſq; ad uerticē ipſe totus intus et extra ſit dei iniuria: ideo tanto odio exardeſcit cōtra ſe: ꝙ ſi nō timeret deū offē dere ſe ipſum totū cōtereret: ut langulā figuli & cetera. Seqᷣ circa finē. Paragraphus quartus. Tunc eam mortuam ſub pedibus ſuis ſternit. In his enim tribulationibus eſt nexus coniunctiōis iſtroum duoꝝ ſtatuum. Et qui in his tribulatio nibus eſt: ſe ad hoſtium propinquare ſciat quo in ſponſi introducatur cubiculum.

✠

Paragraphus quintus.

Tertia crux eſt perfectoꝝ quæ eſt cõmixtio dolorum & gaudioꝝ: quibus feruntur: replent̃: & agitantur animæ perfectoꝝ. Dolor eſt trãſformatio cordis ipſorum in dolendo ĩmenſitatẽ iniuriarũ diuine maieſtatis beatæ trinitatis. Et alius dolor quo ad humanã naturam cõpatiendo in chriſto & cetera. Gaudiũ uero eſt fruitio: & contẽplatio gaudioſa: qua ſpiritus ſãctus ĩ chriſto eos eleuat ut fruant̃ & gaudeant de illo gaudio quo credũt contẽplant̃: & ĩtelligunt illud gaudiũ quo ĩ beata trinitate pſone diuine ſeipſis gaudẽt: & infinities infinite fruunt̃. Secundũ gaudiũ eſt ĩ unitate chriſti dei uidelicet & hoĩs: breuiter concludendo & cetera.

Sequunt̃ ĩfinite abyſſales ſue proprie malitiæ & malignitatis cognitiones quæ cã breuitatis omittimus: ut citius ad correctionẽ & finem ſuę crucis & perfectionis ueniamus.

Paragraphus ſextus.

Attẽde autẽ ꝙ qa tales electi pmittunt̃ tẽptari ꝑpter cordis eoꝝ ſupbias edomãdas. Qui nõ ſolũ debẽt ſe reputare ĩfirmos ꝑꝑ porcinas tẽptatões: ueꝝ ſupbiſſimos demões ꝑꝑ ocultas & radicatas in eis ſupbias ꝑꝑ quas dei gr̃a ſaluo ſuo ordine

non potuit in eis operari puritatem ne eis fieret in ruinam: ex qua humiliatione in nobis effugata ſuperbia: & amore noſtri a quibus orit̃ omne obſtaculũ gr̃æ iã ex tũc expurgamur a fecibus cõcupiſcẽtiæ: ut p hoc trãſportemur in ſtatũ crucis pfecte. Sic ergo uidere potes ꝙ lapſus electoꝝ ex diuino munere in eis coopat̃ in bonũ. Quomõ uero deus electos ducat p tẽptatões: & propriã nihilitatẽ p eas oſtẽdat: & eos cadẽtes ſup manum pietatis ſue ſuſcipiat: nec eos a culpa abſorberi pmittat: ſed eos releuet ĩ maiori gr̃a. Elegãter beatus Bernardus deſcribit ſuper qui habitat.

Paragraphus ſeptimus.

Attende autẽ ꝙ pius Ieſus pcit electis: dimittẽdo eis culpã: & nõ ex toto parcit: qa ſemp in uita infligit aliquam reatus penam. Ob quod patet ꝙ nullum peccatum eſt impunitum in eo qui facit illud. Verum maxima charitas Ieſu ipſas penas punitiuas præteritarum culparum in electis per uirtutem patiẽtiæ conſiſtit in maxima lucra meritorum. Vnde & ipſas punitiones eiſdem in bonum cooperari facit. Et licet aliquas penas ab electis requirat diuina iuſtitia: tamen poſt hæc: penam ſoluens eſt piiſſimi Ieſu penitentia pro nobis in ſua paſſione aſſumpta.

Paragraphus octauus.

✠

Attende diligenter ꝙ totus conatus iſtius ſtatus eſt mentē ſub diuina obediētia pleniſſime ſtabi-lire:& a ſeipſa totaliter deficere : ut trāſire ualeat in uirtuales operatiões & perfectiones ſimilitudinis Ieſu chriſti: & ſue ſanctiſſime matris. Vnde amicos & inimicos diligit. Et peccantibus & ruētibus tanq̄ mater compatit̃:& cetera.

Paragraphus nonus.

Quid ergo dicendū de his electis quorū quis fuerit ſpecialiſſima gratia uſq; ab utero matris ſuæ uocatus?& ſingulariſſima electiōe electus eſt ad guſtandum & uidendum deum in diuinitate:& chriſtum in carnē tangendū: & oſculādum uſq; dum diuine: ac ſacratiſſime trinitatis dilectionē maximā:uiſionēq; dilucidiſſimā habuerit ſpiri-tualem. Si per ignorantiā zelo iuſtitiæ errauerit: ſi in nimia ſolicitudine in rebus tā ſpiritualibus q̄ familiaribus zelo honoris dei : & religiōis ī his ſe impedierit:quæ non licebat ei. Vel in nimia ſe extenderit charitatis oſtenſione:ut inde dilectos ſuos trahere ualeret ad contemplationis arcem : cum arta ſit uia eius:& pauci ſint q perambulēt eā. Nonne ideo facilius:ultroq; remittit̃ peccatū magnū huiuſmodi electis ꝓpter eius dilectionē? Non ſic peccatum minimū actiuis relaxat deus niſi ad minimum quadrantē ſatiſfaciant. Ita ut

✠

rationem reddere teneãtur uſq; ad omnẽ uerbũ ociosum: domino atteſtante ac dicẽte. De uerbo ocioſo quodcunq; dixerint homines rationẽ red dituri ſunt in nouiſſimo die.

Capitulum tertium. Bonauentura in libello de monte contemplatiõis. xl. capitulo de cogitationibus & temptationibus electorum quæ ad per fectum effectum perueninnt.

Roficit etiam cõtemptui habere tales cogi tationes: & earum ĩportunitatem irridere: & hoſtẽ qui eas ĩmittit quaſi proterendo pſonã: uel attonitã eam faciendo: uidelicet ut eã in pec cati lutum præcipitet. Aliquando per tales cogitationes poſſunt contingere operatiões ad extra. Quæ grandia eſſent peccata: præſertim ſi cõſen ſus affuerit. Sed quo cõſenſus male uoluntatis non eſt: tales operationes non habẽt plus de pec cato q̃ ipſe cogitationes inuite. Nec inde oportet fieri confeſſionẽ in ſpeciali: niſi ſacerdoti ĩ huiuſ modi diſcreto: uel una uice ad totum bene decla randum ad finem: q in poſterꝶ confeſſor paucis uerbis ualeat intelligere factũ. Et poteſt dici ſic. Ego tales habui cogitationes inuite tam fortes q talis ſecutus eſt effectus. Et accidit q quanto qs conabitur fortius reſiſtere: tanto citius cadit: qa tũc amplius de hoc cogitat; & fortificatᷣ imagina

tio: ex qua oritur talis effectus. Diligẽtia fieri de beat de corrigẽdo alium: ſed ꝗ hoc diſcrete fiat: & ꝗ credatur ꝗ qui corrigit᷑ cotrectiõe bene utatur: & ꝗ inde oſtẽſione melius eueniat. Aliter taceri poteſt: & malum ſola diſplicẽtia reprobari.
Quid cum his ergo contẽplatiuis præelectis agere tenent᷑ confeſſores? qui per obliuionẽ omiſit in cõfeſſione quod nullum fore putauerat peccatum, alioqn nullo pacto feciſſet. Sic & quæ meritoria eſſe charitatis credebat: quum humiliter & deuote cognouerit culpam ſuam.

Paragraphus primus ex uigeſimo octauo capitulo tertiæ partis de profectu religionis. De ſeptem affectibus mentis: ubi habet᷑ malum & peccatũ electorum quod conuertitur in bonum.

Quandoq; bonis cooperãtur in bonũ mala aliena: uel etiam propria quædã poſt cõuerſionẽ ut ex eis magis humilient᷑: & amplius inardeſcant ĩ amorẽ dei: qui eos in talibus uitiis tollerauit. & a talibus liberauit. Et iõ Bonauẽtura ĩ ſuo ſtimulo amoris ait: ĩ nõ reputãdo ſe. Paragr. ſcđs.
Ad hoc etiã cogitare potes ꝗ qui ſunt ab iſtis exterioribus abſtracti: & ſoli deo uacant: ita feruenter mouent᷑ in ipſum ꝗ propter nimiã intẽſionẽ mentis corpus ita ut diſſolui uideat᷑: & ad nimiã redigat᷑ debilitatẽ. Et ideo ut uires reſumant nec

penitus defitiant. Et ne etiam ſua ſanctitas ab a
liis aduertatur ſe offerãt ut ſæpius ſolatio proxi-
morum: ſemper tamẽ ad honorem dei omnia fa
cientes. Et ideo ſtultum eſt fratrẽ ſuum pro qua
libet truffa iudicare: aut imperfectum reputare.
Multo quidẽ minus in uiris ſpiritualibus: & exp
tis in uia dei: & in rectoribus: & prælatis: in qui-
bus primitias ſpiritus ĩeſſe putãdũ eſt: ſemp dũ
ſpũaliter ĩ ceteris agãt. Paragraphus tertius.
Multi ſunt honeſtiſſimi exterius qui parũ profi
tiunt interius. Et multi ſunt diſſoluti ĩ geſtibus:
qui in corde ſunt ſanctiſſimi & amiciſſimi dei.
Aut ꝙ peius eſt: aliqui ſũt odoriferi hominibus:
& coram deo ſunt fediſſimi: & ſue exterioris ſan
ctitatis iam ſuam receperunt mercedẽ. Et aliqui
apparent hominibus peccatores: quorũ interior
conuerſatio in celis eſt. Nõ tamen dico qn mul-
totiens conuerſatio exterior correſpõdeat interio
ri. Et quia hoc uelle etiã contrariũ diſcernere nõ
ualemus: omnes filios dei iudicemus: & nõ infe
riores oĩbus: niſi contrariũ manifeſte uideamus.
ſ. ſue male uoluntatis qua damnari ſolent pecca
tores. Nam de bõis proximi: & de ſue excellẽtia
ſanctitatis ĩcerti ſumus: ſed de multiplici noſtra
malitia certi ſumus. Paragraphus quartus.
Magna eſt. n. præſumptio uelle erga proximũ:

& multo peius erga ſpirituales prælatos : & pr̃es deuotos in eum limitare influentiã diuinæ boni tatis. Quia omnes mores ſui mihi non placent. Et quid inſanius q̃ uelle diuinã complacentiã: ſe cundum meam complacentiam regulare? Hoc tunc facio quãdo illud quod non placet mihi ſu ſpicor non placere deo. Hinc multi errauerunt non aduertentes ꝙ iuditia dei abyſſus multa.

Capitulum quartũ ex induſtria octaua myſtice theologie ſolenniſſimi doctoris ſacre theologie : & in dono cõtemplationis probatiſſimi uiri dñi Ioannis Gerſonis cancelarii Pariſine eccleſiæ.

Onnulli expertiſſimi uiri paſſiones diuer ſas annumerauerunt: ſiue affectiões: quæ oriuntut ab extrinſecoꝝ obiectorum ĩmutatiõe: nunc ab ĩtrinſeca fantaſia: uel imaginatiõe: nũc autẽ a ratiõe negociante: uel ſpiritu diuino deſu per illuſtrante: nunc a bonis angelis: nunc a ma lis: aduerſus quos eſt nobis colluctatio magis q̃ aduerſus carnẽ & ſanguinem. Adeo ꝙ puriſſime ſanctificateq; animæ moleſtiſſimos aliquãdo ſti mulos blaſphemiarũ ſordidiſſimarũ ſpurtitiaꝝ pati cogantꝰ: etiam in ſenectute: & ſolitudine ſua quales neſciebant ipſimet dum in mundi cõuer

ſatione inter medias tēptationes carnis : & mūdi adoleſcētiores uerſabāt.

Sequitur in eadem induſtria cur deus hæc permittat aut faciat. Paragraphus primus.

Quia deus tanq̄ obiectum ſūme conueniēs præſentatur aīæ per cognitionē: ſubſequit gaudium de eius præſentia. Et ſi abſit: triſtitia: ſpes uel metus: oriūtur. Ceterum de numero paſſionū multi multa tradiderunt. Vt Ariſtotiles in rhetoricis Verbo in tractatu de oratiōe. Gulielmus pariſiēſis in ſuo penitentiali. Et alii quidā nunc plures nunc pauciores numerant. Meminimus eas alio loco uſq; uigenarium extendiſſe. Vgo nouenario contentus eſt: q̄uis eas innumerabiles eſſe nō ambigat. Cū dicat Ambroſius. Per tribulationē creſcit ſpiritus.

Capitulum quintū ex libro de imitatiōe Chriſti & contemptu mundi. C.xiii.

Nemo tam ſanctus & perfectus eſt qui non habeat aliquando temptationes: & plene eis carere non poſſumus. Sunt.n.temptationes hominū ualde utiles: licet moleſte ſint & graues quia ī is homo humiliat: purgatur: & eruditur. Omnes ſancti per multas tribulationes: & tēptationes tranſierunt: & perfecerunt. Non eſt aliqs ordo tam ſanctus: & locus tam ſecretus ubi non

ſint temptationes: uel aduerſitates: ut in eccleſia ſtico. xxvi. Vaſa figuli probat fornax: & homĩes iuſtos temptatio tribulationis.

Capitulũ ſextũ. De eodem libro in antecedenti capitulo dixerat.

B Onum eſt ꝗ patiamur quandoq; contra- ditiões: & male: & imperfecte de nobis ſen- tiatur: etiam ſi bene agimus: & intendamus. Iſta ſæpe iuuant ad infirmitatẽ: & a uana gloria nos defendunt. Tunc melius eſt: quia interiorẽ teſtẽ deum querimus: quando foris uilipendimur ab hominibus: & non bene de nobis creditur. Iuxta uerbum domini dicẽtis. Beati eritis quum male- dixerint uobis homines: & perſecuti uos fuerĩt: & dixerint omne malũ aduerſum uos: mẽtientes pp me. Gaudete in illa hora & exultate & cætera.

Capitulum ſeptimum de eodem libro. C. vi.

G Loria boni hominis teſtimoniũ bone con ſcientiæ. Habe bonam cõſcientiã: & ſemp habebis letitiam: bona conſcientia ualde multa põt portare: & ualde leta eſt inter aduerſa. Mala conſcientia ſemper timida & inquieta. Suauiter requieſces ſi te cor tuum non reprehenderit. Vn de dictum eſt. Quicquid agãt homines intentio iudicat omnes. Et dominus in euangelio. Beati

✠

mundo corde quoniam ipſi deum uidebunt. Et ideo Auguſtinus de interna locutione.

Capitulum octauum.

N omnibus aduerſitatibus non inueni tã efficax remediũ q̃ uulnera ieſu chriſti. In illis dormio ſecurus: & requieſco intrepidus. Chriſtus mortuus eſt pro nobis: nil tam ad mortem nobis ꝙ morte chriſti non ſanet: tota ſpes mea ẽ ĩ morte domini mei. Mors eius: meritũ meum: refugium meũ: ſalus uita & reſurrectio mea: meritum meũ miſeratio domini. Non ſum meriti inops q̃diu ille miſerationũ dñs non defuerit. Et ſi miſericordie domini multe multus ſum ego ĩ meritiã. Quanto ille potentior ad ſaluandũ: tanto ego ſecurior. Peccaui peccatũ grãde: & multorum ſum mihi conſcius delictoꝶ: nec ſic deſpero quoniã ubi abundauit delictũ: ibi abundauit et gratia.

Capitulum nonum ex libro ut ſupra. C.vii.

Vi eſt cum Ieſu firmabitur in eũ: illum dilige & amicum tene: qui omnibus recedentibus te nõ relinquet: nec patiet̃ in fine te perire. Ab omnibus oportet te aliquando ſeparare: ſiue uelis. ſiue nolis: tene te apud Ieſum uiuẽs: & moriens: & illius fidelitati te cõmitte: qui omnibus deficientibus poteſt iuuare ſolus. Dilectus tuus

talis eſt nature ut alienũ nõ uelit admittere: ſed ſolus uult cor tuum habere: & tanq̃ rex in trono ſedere. Si ſcires te ab omi creatura uacuare Ieſus uellet libenter tecum habitare: quoniã & ipſe dixerat. Qui non relinquerit patrem: aut matrem: aut fratres: aut ſorores: adhuc & animã ſuam pp me: non põt meus eſſe diſcipulus. Iccirco electos per eccleſiaſticũ uocat dicens. Venite ad me oẽs qui cõcupiſcitis me: & a generationibns meis implemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis: & hereditas mea ſup mel & fauũ: memoria mea in generatione ſeculorum.

Capitulum decimũ ex libro de nobilitate animæ magni Gualterii uitonienſis paraſius in ſacra pagĩa laureati magni ſãctiſſimiq; uiri: ad cuius tũbam multa fiunt miracula. C. xxxvi. primi libri: De tempore iuſtificationis electorum.

Portet tamen hominẽ ſufferre primo multas temptationes: & iſte temptationes accidunt frequenter quibuſdam uiris & mulieribus poſtq̃ conſolatio fuerit ſubtracta diuerſis modis ex malitia inimici. Nam quomodo diabolus percipit deuotionẽ multum ſubtractã: ita ꝙ anima quaſi nuda pro tempore relinquit᷑. Tunc ĩmittit quaſdam temptationes luxurie: uel gule tã fer-

✠

uentes & ardentes: ꝙ reputant ſe nūq̄ prius exp
tos tam graues toto tépore uitæ ſue quando erāt
maxime dediti peccatis: in tantū ꝙ credunt eis ī
poſſib.le diu ſtare: & ſufferre quin incidāt neceſ
ſario in temptationes. Sic de diſcredulitate ſacri
altaris de deſperatione: de blaſphemia dei & ſan
ctorum: de tedio uitæ proprie: amaritudinis tri
ſtitiæ. Timore de ſeipſis ī horrores & timores agi
tantes. Apparentes eis uel in imaginatõe: uel cor
porali effigie: uel dormiendo: uel uigilando: plu
ribuſq; modis q̄ dicere ſcio. In cõcluſiõe ait. Sed
qui noluerit expectar̄ pauliſper: & pati penā mo
dicam: manus dei ualde prope eſt: & cito iuuat.
Ipſe ſecure eos cuſtodit: & ipſi neſciūt qualiter:
nec percipiūt: ſicut dixit Dauid propheta. Cum
ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum: & glorifi
cabo eum. Ideo Auguſtinus. ix. iul. Quia in iſta
humana miſeria peior hoſtis eſt cauēda ſupbia.
Ideo nimirū ſi nõ penitus extinguit̃ in carne ſan
ctorum continentiū iſta concupiſcétia: ut de pu
gna nata aduerſus eam periculorū ſuorum aīus
admoueat̃: nec ſecurus exiſtat in nobis ipſis ſola
infirmitas cauſa pugnandi: & rurſus infirmitas
admonitio eſt nõ ſuperbiendi: pro inde ut uirtus
qua hic ſuperbiri poteſt: ſi ſuperbiatur ī infirmi
tate non perficitur.

✠

Capitulum undecimũ capitulo.xxii.ſecũdi libri de impedimẽtis a ſpritualibus inimicis: & ab hominibus pſequẽtibus: & a propria cõcupiſcẽtia.

Ixerat.n. in præcedẽti capitulo libri huius ſecundi. Quod quicunq; ad profectum cupiebat contẽplatiõis peruenire: habitus formeq; peregrini ad ſanctam ciuitatẽ Hieruſalem tendẽtis ſimilitudinẽ geſtare deberet. Erit quidẽ hic peregrinus deſiderium electaꝶ animarũ cupientiũ peruenire ad ſanctam ciuitatẽ uiſiõis & dilectionis domini noſtri Ieſu chriſti. Via autem eſt patientia uera: cum tollerantia: atq; fortitudine in aduerſis: & temptationibus uendicãda. Refectiones uie huius opera ſunt agenda tam corporalia q̃ ſpiritualia bona: ac optima. Dietas indicat eſſe abitum charitatis: & humilitatis.. He nanq; uirtutes in huiuſmodi uerba ualẽt exerceri. dicẽdo. Nihil ſum: nihil habeo: nihil niſi unum cõcupiſco. Tunc uero renuere a corde & animo in quantum poteſt tenetur: omnia mundi gaudia: & oĩa uitare quæ ſecularia ſunt.

Capitulũ duodecimũ. Tandem in capitulo præ allegato.xxii.in principio ait.

Vnc es in uia & ſcis qualiter ire debes: caueas modo de inimicis q ſoliciti ſunt ĩpedire

te & cetera. Nam poſt multas tribulationes īſur gent tres inimici: uidelicet. Carnis concupiſcētia. Timor proprie imbecilitatis. Et ſpiritus īmundi conantes te de uia patientiæ tuum deducere deſi derium: & ad cōmune mundi gaudiū redire face re: ſubtilitatibus: cautelis: atq; deceptiōibus ſuis dicentes ꝙ non es cōfeſſus bene: uel aliquod pec catum antiquū in corde tuo eſt ocultatū qđ nō cognoſcis: & de quo non fuiſti confeſſus: & ideo te oportet deſiderium tuum dimittere: ac melius confiteri: noli credere huic dicto quia falſum eſt ſecure confidas ꝙ es in uia: nec indignes maiori diſcuſſione per confeſſionē pro illo quod præte ritum eſt: conſtanter teneas uiam tuā: ſolicite co gita de domino Ieſu chriſto. Cōſimiliter ſi dicāt ꝙ nō es dignus habere dilectionē dei: non credas eis. Tūc partim timore: partim minis: partim a dulatione: & falſa complacētia. Deinde ꝙ cades ī infirmitatē: in fantaſias: uel freneſim: uel ī pau pertatem: & miſeriā corporalē. Et ꝙ nullus te ui debit. & incides in temptationē diaboli. Et ſi eos non audieris. Incipient ſpoliare: & uerberare te: & facere tibi uerecundiā in quantū poſſunt: hoc eſt quādo facient omnia opera tua: quantūcūq; bene fiant peruerſa ab aliis iudicare: in partē pe ioremq; mutari: ita ꝙ quicquid facere uelles pro

utilitate corporis: uel anime per alios impediret̃: uel Poſtponeret̃: ſicq; a propoſito tuo fruſtrabe ris in omnibus quæ rationabiliter cõcupiſcis. Et totum iſtud faciũt: ut per melancoliã & malam uoluntatẽ ad iram cõtra proximos exciteris. Sed cõtra iſtas moleſtias: & alias quæ accidere poſſũt accipe Ieſum in memoria tua: ſed recordare ꝙ ni hil potes: nihil habes unde nihil de mũdo ꝑdes.

Capitulum decimumtertiũ de huiuſmodi tribu lationibus.

N ſequẽti capitulo continuat dicẽs. Poſtq̃ inimici tui uident ꝙ non ſis triſtis: nec ira tus: incipient adulatione & complacentia opera tua bona ad mentẽ reuocare. Et talia impedimẽ ta ſenties: uel cõſimilia: partim ex carne: partim ex mundo: partim ex diabolo: & plura alia q̃ nõ ſufficio nunc enarrare. Talia. n. læto patientibus animo dicet dominus. Venite ad me omnes qui laboratis: & honerati eſtis: & ego reſitiam uos. Ic circo Io. criſo. ſuper Matheũ. In primis grauis & inſupportabilis impetus diaboli: ꝙ ſi quis for ti animo ſubſtinuerit eum in ſeculo ĩuenit eum infirmiorem. Quanto. n. plus ꝑcuſſus fuerit ma gis refrigeſcet & deficit.

Capitulum decimũquartum capitulo. xxix. ſe cundi libri de quattuor temporibus perfectionũ

✠

ubi ſic habetur circa principium de uerbis Pauli.

Vos deus præſciuit cõformes fieri imagini fi-
lii ſui hos uocauit: quos uocauit: hos iuſtifica
uit: & quos iuſtificauit: hos magĩficauit: & quos
magnificauit: hos & glorificauit. Poſſũt hæc uer
ba magis ſpiritualiter intelligi de animabus quæ
in ſenſatiõe reformant̃: quibus deus dat magnã
gratiæ abundantiã: & multo maiorẽ circa eos ha
bet ſolicitudinẽ: quia filii ſui ſunt ſpiritualiter:
qui portant plenam imaginẽ & ſimilitudinẽ filii
ſui Ieſu chriſti. In quibus beatus Paulus diuidit
operationẽ domini noſtri in quattuor tempora.
Vnum eſt tempus uocatiõis animæ a mundi ua
nitate. Et illud tempus eſt frequenter quietũ: &
confortatiuũ: quia in principio talis homo q̃ ad
magnã gratiam eſt diſpoſitus: uiuaciter & ſenſi
biliter eſt inſpiratus. Et frequenter ſentit tan-
tam dulcedinem in deuotione: & tot habet la-
chrymas in conpunctione: ꝙ apparet ſibi aliquã
do: ꝙ quaſi dimidie eſt in celo: ſed hæc ſuauitas
poſtea tranſit pro modico tempore. Et accidit ſe
cundum .ſ. tempus iuſtificationis.

Capitulum decimumquintum.

Vodq; eſt laborioſum: quia quando inci-
pit potenter procedere ĩ uia iuſtitiæ: & uo-

✠

luntatem ſuam apponere ad reſiſtendũ om̃ibus peccatis interius: et exterius. et deſideriũ extẽderẽ ad uirtutes: et amorẽ Ieſu chriſti. Tũc ſentit impedimentũ tam intrinſecus ex duritia uolũtatis ſue: q̃ extrinſecus ex temptationibus inimici: ꝙ frequenter multũ torquetur. Nec eſt mirũ quia ita diu ĩcuruatus fuit ad falſam mundi dilectionem. Et hoc nno uidet: ꝙ non poteſt rectificari ſine calefactione: et in partem alterma deflecti: ſicut baculus curuus: et adhuc uiridis nõ poteſt rectificari: niſi ĩ igne ꝓiectus ſit: et calefactus. Iõ dñs noſter ieſus chriſtus ſciens bñ qd eſt diſtorte aĩe expediẽs: et opportunũ: ꝑmittit illã ſic uexari et turbari uariis tẽptatiõibus: et bene examinari uariis tribulationibus ſpiritualibus: quouſq; tota rubigo immunditiæ ab ea per ignem ſit euacuata: et combuſta. Et hoc fiet ĩtrinſecus per actus dubitationes: & prolixitates: ꝙ erit quaſi ĩ deſperatione: quia apparebit quaſi derelicta a deo: & totaliter poſita in manibus inimici: excepta modica fidutia: quam habet de dei miſericordia: et bonitate: quia hanc fidutiam ocultam dominus noſter Ieſus chriſtus in tali anima dimittit: quã tuncunq; ſe elongauerit ab eadem: per quam anima ſemper a deſperatione eleuatur. Et a ſpiri

tualibus miſeriis conſeruatur . Hoc etiam ſit ex trinſecus:ſeu extra ſe:quia ita mortificabitur:& in ſenſualitate punietur : uel per diuerſas infir mitates:per ſenſibilem uexationem diaboli : uel per ocultam potentiam dei : ſicq; anima ſentien do::& ferendo corpus miſerum punietur . Nec ſciet qualiter uel ubi pati non poſſit in corpore : niſi dominus noſter Ieſus chriſtus illam in corde conſeruaret . Hæc oĩa autẽ ſunt cauſa probatio nis more Ioannis criſoſtomi ſuper Matheum di centi:.Qui murmurat de periculo temptationis murmurat de præmio probatoris . In illo enĩ ne gocio poteſt requies inueniri niſi præceſſerit la bor . Quanto magis in ſpiritualibus rebus niſi præceſſerit temptatio:non poteſt eſſe probatio .

Capitulum decimumſextũ.ex Capitulo quadra drageſimo ſecundo eiuſdem libri ſecundi. Qua liter gratia contemplationis in perficiẽtibus ſub trahitur . Et remanet anima ceca & neſciens ali quod bonum. Dicens.

Stende ergo mihi animam quæ ꝑ inſpira tionem gratiæ habet oculum ſpiritualem

✠

apertum in conſideratioē Ieſu chriſti:& quæ ſe paratur:& abſtrahitur a dilectione mūdi in tan-tum ꝙ habet puritatē:& paupertatē ſpiritus:ſpi rituale internum ſilentiū:& pacem in conſciētia Celſitudinē cogitationis:ſolicitudinē: & ſecretū cordis:uigilē dormitionē ſponſæ. Et quæ perdi-dit delectationē:dilectionē:& gaudiū huius mū di. Et rapitur ex delectatione celeſtis ſaporis: & ſemper ſitit: ueraciterq; ſuſpirat ad beatā præſē tiam Ieſu chriſti. Et ſecure dicere quæſo ꝙ hæc a nima ardet totaliter in amorē: & reſplendet ſpiri tuali lumine. Et digna eſt ad nomen ſponſæ: et honorem ſimiliter peruenire:quia reformara eſt pro illo tempore in ſenſatione uirtutum omniū prædictarum.

Capitulum decimūſeptimū de ſubtractiōe grāæ.

Requenter tamen accidit ꝙ gratia in parte ſubtrahitur:propter corruptiōem humāe fragilitatis. Et permittit̃ anima cadere in carnali tatem ſicut prius fuit. Et tunc eſt anima in pena et dolore:quia ceca eſt:et inſipida:et neſcit aliqđ bonum. Eſt etiam debilis:et impotens:oppreſſa corpore:et oībus ſenſibus corporalibus. Et quæ rit:et deſiderat faciē Ieſu iterū uidere: et nō ipſū poteſt inuenire. Quia ſcriptura ſacra de deo ſic dicit. Poſtq̄ uultū abſcōderit nō eſt qui cōtēplet̃

✠

eam. Quando oſtendit ſe nō poteſt eum anima non uidere. quia lux eſt. Et quando abſcondit ſe non poteſt eū uidere: quia ipſa anima eſt obſcura. Ocultatio ſua non eſt niſi ſubtilis probatio animæ. Et oſtenſio ſua eſt mirabilis animæ cōfortatio.

De confortatione abſentiæ. Ca. xviii. Ca. xxiiii.

On mireris licet ſenſatio gratiæ quandoq; ſubtrahatur a dilectione Ieſu chriſti: quia ſacra ſcriptura idem dicit de ſponſa. Et quod de ipſa accidit conſimiliter. Queſiui & non inueni illum: uocaui & non reſpōdit mihi. Ac ſi diceret Quando in fragilitatem cado tunc gratia ſubtrahitur: caſus meus: cauſa eſt ſubtractionis gratiæ dei: non fuga ipſius dei. Sed tunc ſentiam penā miſericordie meæ in abſentia. Et quæſiui eum p ſubtilitaté cogitationis: ubi prius eum habui: et non inueni: uocaui eum per magnū cordis deſiderium: & reſponſum ſenſibile non dedit mihi. Et tunc clamaui ex toto corde. Reuertere dilecte mi: & ut apparet non audiuit me penalis ſenſatio mea: & immiſſio carnalium delectationū: et timorum: & in hoc tempoꝝ. Et carentia fortitudinis meæ ſpiritualium eſt cōtinuus clamor aīæ meæ ad dominū Ieſum chriſtum. Et tamen dn̄s modico tempore facit ſe extraneū: nec uenit: nec

accedit: quantuncunq; fortiter clamauero : quia ſatis ſecurus de dilectore ſuo eſt : ꝙ nõ uult ad amorem ſeculi totaliter reuerti: quia nõ poteſt ſaporem illius guſtare. Et ideo dn̄s tardat diutius: & expectat.

Capitulum decimūnonū de reuerſione gratiæ.

Andem quum uoluerit reddit plenus gr̄a: & ueritate. Et uiſitat animā: quia languet in deſiderio per ſuſpiria dilectionis ad præſentiā ſuam: & tangit illam: ac ungit eam ualde leniter oleo exultatiōis. Et eam ab omni pena ſubito facit ſanam. Et tunc aīa clamat ad Ieſum. Oleum effuſum nomen tuum & cetera.

Explicit pars prima ſecundi libri.

Incipit pars ſecunda ſecundi libri.

Vod autem perfectiones electoꝝ incipiant a lætitia: & gaudio ſpirituali proficiant in penis: & perficiāt in gratia: & uirtutibus: & donis ſpiritualibus more ſuperius cōſcripto. Beatus Gregorius ſic inqt in moralibus. Tres ſunt modi conuerſoꝝ. Incoatio: medietas: atq; perfectio. In inchoatione autem inueniunt᷑ blandimenta dulcedinis. In medio quoq; tempore certamina temptationis. Ad extremū uero per

fectionem plenitudinis. Reperi.n.in libro ſũme deuotiõis ſancti uiri Vgonis pancere ſiue lorice: quia loricam ſuper nudo detuliſſe fertur. Qualiter dominus Ieſus conuerſatur cũ electis animabus in uia uitæ mortalis huius ĩ decem capitula: in quibus per ſimilitudinem uitæ & mortis: & reſurectiõis domini noſtri Ieſu chriſti. Status incipientium: proficientiũ: & perfectorũ diſtinguit: incipiens a conceptione domini in utero beatiſſime uirginis clauſi & concluſi. Et hoc in primo aſcribitur capitulo: ex quo ſũme breuitatis ſubſtãtiam colligere decreui, ut incipientiũ exordia cognoſcamus dilucidius: & ſic proſequi iam ſtatui donec ad tempus iuſtificationis illoꝝ: & penarũ perueniamus: uſq; ad reſurrectioné ipſorũ. Nec non de proficientiũ: & perfectorũ initio: medio: & glorioſiſſimo fine eoꝝ ſilentio tranſire uolui.

Incipit capitulum primũ de initio uocationis electorum: de quo dicitur per prophetã de perſona chriſti: uice dei omnipotétis. Capitulũ primũ ſecunde partis ſecundi libri.

Ilius meus es tu hodie genui te. Hac etenĩ prima ĩfuſiõe grãæ talis: tãtaq; cõtritio peccatoris eſſe potuit: ꝙ in duplũ recipit gratiam ultra q̃ ſue ſaluti expediat. Vnde Hieremias ait.

Dimiſſa eſt iniqtas illius : ſuſcepit duplitia pro omĩbus peccatis ſuis. Quapropter qualitatibus concepti Ieſu hic in ſua conſideratiõe clauſus re manet: ac circundatus in utero uere humilitatis. Vnde ſeſe incipiẽs debilem: & omnino uelut cæcum in ſpiritualibus eſſe cognoſcit.

Capitulum ſecundũ ſecunde ptis ſecundi libri.

Capitulo ſecundo de tempore natiuitatis. Vnde Iſaias ait.

Aruulus datus eſt nobis: & filius natus eſt nobis. Hac autem uera ſimilitudine Ieſu chriſti: gratia dei a mẽtis obſcuritate: & operum bonorum debilitate ad lucem & fortitudinẽ electum ſuum oriri facit. Verũtamẽ more paruuli chriſti naſcentis: nudum: uagiẽtem: patientem: loco pecudum: & inter bouem & aſinum. Et in præſepe manſuetum iacentẽ: & collocatum ſe repit. Quapropter iuxta pſalmi uerba merito ait. Vermis ſum: & nõ homo: opprobriũ hominũ: & abiecto plebis. At ſicut chriſtus a Virgine glorioſa: & a Ioſeph pauperibus inuoluitur Pãnis: ſic tempore iſto glorioſa trinitas: & dominus Ieſus modico: & paruo amoris indumẽto electorũ corda implet.

Capitulo tertio. Capitulum tertium de profectu electorum

✠

Empore quidem quo Chriſtus ad tempus annorũ peruenerat duodecim: ſocietatẽ gerebat matris: & Ioſeph. Et ſicut proficiebat uirtute: & ſapientia: ſic nulli dubium conſilium in omnibus præbere debebat parentibus. Sic itaq; ĩ hoc uocationis tempore electi in dei magna dilectione roborant̃: ita deo coniungũtur amore ut tanq̃ ſodalis: & ſocius: familiariter ad ĩuicem cõſentiunt: tam electus in obedientia diuinæ uolũtatis: q̃ & ipſe deus in exaudiẽdo omne deſideriũ cordis dilecti ſui. Quapropter ad tantã gratiarũ donorumq; ſpiritualiũ criſmatũ peruenit ſublimitatem: ut dicere audeat euangelii: & Mathei proferre uerba. Manus dñi erat mecum cõfortãs me. Et illud ſapientiæ. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Nec nõ & more apoſtoli fari poteſt. Gratia dei ſum quod ſum: & gratia dei in me uacua non fuit. Quoniã quicquid petit accipit: & pulſanti illico tãq̃ ſibi ualde unito ſocio aperitur: & ad libitum ſeſe deus illi cõcedit: atq; donat: permanendo ſecum in mentis eleuatione guſtuq; ſpiritualium deliciarũ. Vnde ſecure proferre ualet uerba Ioannis: Qui me miſit mecum eſt: & non reliquit me ſolum: quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper.

Capitulum quartũ ſecunde partis ſecundi libri.

Capitulō quarto de tēpore probatiōis īcipiētiū .

Oc quidem quarto tempore euētus: & oc curſus tribulationum & anguſtiarum eſt: quomō dn̄s Ieſus p̄ tres dies : & tribus noctibus ocultus in templo remanſit: uſq; ad quartū diē: qui figurā gerit quarti ſtatus gratiæ: quo cantus gaudium omne: omniſq; lætitia amittit᷑. At dolorum omniū uerba replent᷑. Quoniā pene huic addite ſunt: & dei dolentes ſagitte pectori īmiſſe ſunt. iuxta uerba beati Iob dicentis . Verba mea dolore ſunt plena: quia ſagitte domini ī me ſūt. Eo q̄ dn̄s: ut perfectius cum hoc dilector̄ ſuo ſtrictius uniri ualeat ocultat ſe ab eo: in figura quattuor dierum: & trium noctiū: quibus in templo remanſerat a matre: & Ioſeph abſconſus: & ocultus permittens eū ſupra modū fatigari. Sic itaq; electos ſuos uexari dimittit ī his ſeptem perſecutionibus: quarꝝ quattuor ſunt corporales: & tres ſpirituales. De corporalibus anguſtiis .

Prima perſecutio eſt amiſſio rerum temporaliū: ſicut officia: dignitatem: famam: & diuitias. Secunda perſecutio eſt membrorū infirmatio per diuerſas: uariaſq; egritudines. Tertia eſt mentis uagatio: perturbatioq; ī malis prorſus cogitationibus . Quarta eſt cōſolationum ſpiritualium

aflicta priuatio. De ſpiritualibus doloribus.
Primus dolor eſt memoriæ alienatio ab om̃ibus pene bonis operibus: & in prauis, peſſimiſq; cogitationibus ſcelera: horrendaq; facinora mente pertractando. Secundus dolor: ĩtellectus præuaricatio eſt: ut non recto iuditio: neq; ĩ ſe: neq; in aliis uti ualeat: ſed ſæpe decipiat̃. Et ĩ ſpeculatõe ſcelerum diuerſarũ: & ſpurciciarum plurimarũ ĩ uoluitur. Tertius dolor eſt bone uoluntatis corruptio: ita ut inuitus cogat̃ electus etiam has ſolũmodo peroptar̃: & uelle nequitias: quæ mortis cauſa ſunt: & amiſſionis gratiarꝝ. Qua de re una cum pſalmigrapho ululare: ac dicere poteſt: Aflictus ſum: & humiliatus ſum nimis. Sic itaq; & ipſe electus dolens ait. Humiliatus ſum nimis. Rugiebam a gemitu cordis mei. Et illud Machabeorum. Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo: dies feſti eius cõuerſi ſunt in luctũ. Tandẽ præſeruat̃ a deſperatione oculta dei prouidẽtia: donec ĩmenſo lumine ad dilectũ ſuum redeat in maiori lumine gratiarꝝ q̃ prius fuiſſet: Vnde Bernardus in probatione electorũ: & de confuſione peruerſotũ ait. Sicut ſanctis & electis tribulatio operatur patientiã: patientia probationẽ: probatio ſpem. ſpes autem non confundit. Sic damnãdis: & reprobis tribulatio parit econtrario puſila

minitatem: puſilaminitas perturbationē: pertur batio deſperationē: & illa interimit. Sic itaq; per fectorum permiſſiones ab imperfectorū lapſu o peribus is cognoſcunt dilucidiſſime. Quia electi poſt tenebras ſperant eis lucē uenturā. More pro phetico. Habitantibus in regione umbre mortis lux orta eſt eis. Non ſic impiis: non ſic: ſed tanq̄ puluis quem proiicit uētus a facie terræ: ideo nō reſurgent impii in iuditio: neq; peccatores in con ſilio iuſto℞. Quoniā nouit dominus uiam iuſto rum. Et iter impiorū peribit.

Sequitur modo de reſurectione uirtutum: dono rum: & gratiarum ſpiritualiū in ſtatu proficien tium. Capitulo quinto de quinto ſtatu gratiæ. Capitulum quintū ſecunde partis libri ſecundi.

Vinto nanq; ſtatu gratiæ oſtendit ſe deus animabus: & corporibus dilectorū ſuorū: ita præſto: & obediens: ut quicquid in bonis ager operibus uoluerint perficere ualeant. Vltroq; cō cedit electo ut tanq̄ dominator ſui poſſidere di uine gratiæ ſceptrum. Sedere eum quoq; ī trono ſuo facit: cum quo & ipſe dominus in unitate di lectionis conſedit: ſicut in eccleſiaſtico legitur. Sedens ſuper tronū illius & dominans deus ipſe creauit eam ſpiritu ſancto.

De capitulo ſexto de ſexto ſtatu gratiæ.
Capitulum ſextum ſecunde partis libri ſecundi.

Exto equidem tempore: ſtatus proficiendi fuit in domino Ieſu: quomodo a decimo octauo anno: uſq; ad.xxx. ocultauerat ſue diuinitatis ſapientiā: uirtutem: atq; potētiam. Et eo eo tempore baptizatus eſt a Ioanne. Petiitq; ſolitudinem ut opera penitentiæ perageret: & ut cōmodius diuinitatis ſue ſūme contemplationi uacare poſſet. Sic quoq; in hoc ſtatu electus iā ſpiritus ſancti baptiſmate mūdatus operari optat penitentiæ meritū. Quare ab hominū conuerſatione alienari quærit: ut diuine ſanctæq; trinitatis uiſione iam & guſtu ſuperno ſummis in delitiis abundantius frui ualeat. Quam quidē grām quum obtinuiſſe nouerit: ſtupore non minimo: non mirari non poterit. Iuxta Iſaie uaticinium. Tunc uidebis: & afflues: & mirabitur: & dilatabitur cor tuum. Et ideo magis magiſq; ſolitudinē appetit: ut īde ſibi eueniat quod de ſolitario pronuntiat Ieremias: dum ait. Sedebit ſolitarius et tacebit: quia eleuabit ſe ſuper ſe. At huiuſmodi ſpiritu deguſtato: gaudiū cordis aſſumit: lingua iubilat: corpore quieſcit. More pſalmi. Letatum eſt cor meū: & exultauit lingua mea: īſup et caro

mea requieſcet in ſpe.

De capitulo ſeptimo de ſeptimo ſtatu gratiæ.

Capitulum ſeptimum.

Eptimum porro tẽpus: ſtatus gratiæ profi
cientium in domino Ieſu perficit᷑: quũ di/
uine ſapientiæ ſue opera indicabat in ſanando e
grotos: demoniacos liberãdo: & ſigna magna e/
xercẽdo. Sic itaq; electus: tunc diuina infuſione
gratiæ ſupra humanã conſiderationé ſcientiã in
tellectum: & ſapientiã acquirit in cognitõe ſacra
rum litteraꝝ: & intelligentia rerum ſpiritualium
in guſtu: & maxima ſuauitate ſpiritus ſãcti. Vn
de in ſapientia dicitur. In medio eccleſiæ aperuit
os eius: & impleuit eum deus ſpiritu ſapientiæ &
intellectus. Et apoſtolus ad Corintios. In oĩbus
diuites facti eſtis in illo in omni uerbo: & in omĩ
ſcientia: ſicut teſtimoniũ chriſti cõfirmatum eſt
in nobis. Tãdem ad tantũ electi profectum ꝑue
niunt hoc in ſtatu ſeptimo: ut & miracula oꝑari
poſſint. Et ab omni corruptione omnes ſenſus
ſentiant alienos: ita ꝙ non niſi ad uirtutũ actus
morigeratoſq; conuertere geſtus poſſunt. Itaq;
tempus hoc: tẽpus benedictũ eſt: ſicut in geneſi
dicit᷑. Benedixit deus diei ſeptimo: & ſãctificauit
illum: eo ꝙ tempus innocẽtiæ eſt. Vnde Ambro
ſius de officiis fari auſus eſt. Beatam uitam: uitã

inquã efficiunt tranquilitas conſcientiæ: & ſecuritas innocentiæ.

Capitulum octauum de octauo ſtatu gratiæ.

Capitulum octauũ ſecundæ partis ſecũdi libri.

Oc in octauo ſtatu: tempus paſſiuũ fuit: atq; mortale: quo chriſtus ĩ mẽte: anima: & corpore: ãguſtias acerrimas: duriſſima quoq; uerba: improperia: nec nõ deniq; horrẽdã mortẽ paſſus eſt: adeo ut a glorioſo corpore prætioſam animam ſuam ſeparare uoluit. Sic itaq; deus in dilectis ſuis ut imitatores ſui ſint euẽire pmittit. Vnde poſt ſigna: opera: & uirtutes eorum ſpirituales: atq; diuinas in ara ſæuiſſime crucis tanq̃ aurum in fornace purificatos ad ſeipſum electos trahere uolens tutius: mori deſinit. Nã illos horribili ſpiritualiq; obire morte ex priuatione & ſeparatione tã animæ q̃ corporis ab omni cõſtãtia & ſtabilitate uirtutum: gratiaꝝ: atq; diuinoꝝ donorum diſponit dominus: ut totius humãe fragilitatis calamitatẽ: miſeriãq; in mente: in anĩa: atq; corpore ſũmo ſentiant cruciatu: & pena horribili: ita ut tunc omnis talis electus in baratrum ſe deputatũ inferni putet penitus. Iuxta quod in parabolis dicitur. Inclinata eſt enim ad mortem domus eius; & ad ĩferos ſemita illius. Tũc qppe

totius humane conditionis abiectiões exſurgũt: & omnes actitudines peccandi in potentiis aïæ: & in corporis ſenſus excitant̃: & præter uelle in a ctus reprehenſibiles: ac infectos tam in mente q̃ in corpore ducitur hic cultor chriſti: qui & ĩ ſe di lucidiſſime cognoſcit abominabiles cadauerũ na turali morte defunctoꝝ conditiones habere. Nã tanq̃ mortuus impotens eſt ad bona exercẽdum opera. Corruptibilis efficitur. tendenſq; uſq; ad pulueris nihilationẽ: uirtutũ: & gratiaꝝ. Deniq; putet: atq; fetet in ſui ipſius conſideratiões ſcele ſtiſſimas. Vñ ait Iſaias. Erit ꝓ ſuaui odor̃ fetor. Patitur ĩfœlix iſte ĩ ſe (q̃q̃ apud deũ feliciſſimus ſit) actiuas cadauerũ ſimilitudines: & uiuorũ paſ ſiuas mœſtitias: ĩtenſoſq; dolores. More diuitũ: & opulẽtiũ: quum per mortẽ a ſuauitate delitia rum ſe oportere ſeparari cognoſcunt: & ĩ infero rum baratro ſepeliri cernunt dilucidiſſime. Sic e lectis ſuis mentalibus: corporeiſq; nefandis opi bus mereri putat. Vt in Lucæ habetur euãgelio. Mortuus eſt diues ſpiritualiũ gratiarũ: & ſepul tus eſt in inferno per nimiam ſue ipſius abiectio nis humilitatẽ. Quapropter a deo ſeſe pẽitus de relictũ credit homo ille: q̃q̃ oculto tamen modo in ulnas ſtrictius: dulciuſq; amplectat̃ dominus eum. Nam quanto ſeuerius agere in dilectorem

✠

ſuum uidetur: tãto glorioſius ꝑ abiecte illius hu militatis cognitioné: in dilectiõe diuine trinitatis habetur: & eleuatur. Nam confuſio huius electi non ſicut cæterorũ adducit peccatum. Verum lõ ge magis: magiſq; gloriam uẽdicat: & honorem illi. Iuxta illud eccleſiaſtici. Eſt confuſio adducẽs peccatum: & eſt confuſio adducens gloriam: et gratiam. Vnde apoſtolus. Vbi autem abũdauit peccatũ ſuperabundauit & gratia: ut ſicut regna uit peccatum in morté: ita & gratia regnet per iu ſticiam in uitam æternam.

De capitulo nono de nono ſtatu gratiæ.

Capitulum nonum ſecunde partis ſecundi libri.

Oc nanq; nono ſtatu ſpiritualis gratiæ: o culte ĩmortalitatis domini: ſimilitudinem electorũ animæ una tenent cũ anima domini no ſtri Ieſu chriſti: qui a iudeis ꝑditus iam putabat᷑ defunctus: penituſq; extinctus. Ipſius autem im mortalis anima diuina roborata uirtute inferno rum clauſtra frangens de limbi obſcuritate ſan ctos patres potẽter liberauit: & in ameno delitia rum paradiſo fœliciter collocauit. Sic itaq; ſpũs prædictorum electoꝝ ab horribili prælibata mor te liberatur: ac uiuificatur diuina uirtute palmã ſalutis: uictoriamq; ſuſcipiẽs de martyrio præce

✠

denti: ubi aſſumpſerit poteſtatem omnia ſubiugandi quæ illi nocuerant mala. Prout legitur in pſalmo. Omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Reſumens inſuper mirabiles & triumphales ſenſationes. At oĩa quaſi exceſſiua dona: & copioſa munera: quæ apponunt realem excellentiã: in ratõalem ſpiritum ſuſcitãt. At etiã ita excelléter illa apparent ꝙ ĩ eorũ eſſentia tunc unũ quodqꝫ uidetᷣ glorificatum. Quapropter queqꝫ ſenſualis uoluptas: & aptitudo peccandi tam in mente q̃ in ſenſibus mortificate penitus: & omnino remanent ſopite. Sic etiam ab omni obſcuritate: uirtutes omnes in hoc ſunt ſtatu liberate: & apertũ habent oſtium ad exercendũ ſeſe libere: & expedite in ipſorum actibus uirtuoſiſſimis: ita qꝫ a nullo amplius impediri poſſint impediméto uitioſo. Vñ in Apocalipſi dictum eſt. Ecce dedi coram te hoſtium apertum: quod nemo poteſt claudere. O anima benedicta ab omni uinculo ſoluta: quæ ſummã ac ſanctam libertaté adepta eſt: quæ per inconſiderabilem cognitionem in abyſſum profunde humilitatis ſpeculando ducit ſe. Et in altitudinem ſuperne: increateqꝫ ſapiẽtiæ ſublimiter contemplãdo eleuatur. Vnde fiducialiter uerbis uti electus poteſt regis Dauid. Quoniã non derelinques animam meam in inferno: nec dabis

✠

ſanctum tuum uidere corruptionem. Notas mi
hi feciſti uias uitæ: adimplebis me lætitia cũ uul
tu tuo: delectationes in dextera tua uſq; in finẽ.
Et ideo Iſaias ait. Non uocaberis ultra derelicta:
& terra tua non uocabitur amplius deſolata: ſed
uocaberis uoluntas mea ĩ ea. Nempe homo hoc
in ſtatu poſſeſſorem ſe reperit diuine conſolatio
nis: quam nunq̃ deguſtauerat. At totum ſuum
eſſe humanum in conſpectu dei reſuſcitat periu
cundum. Et a numero mortalium peccatorũ re
cedit omnino: & in gratia firmatus eſt. Itaq; nun
q̃ amplius ſpiritualiter mori poterit: neq; huiuſ
modi mors dominabitur illi. Quoniam more
Pauli ad Romanos. Exurgens ex mortuis iam
non moritur: mors illi ultra non dominabitur.
Dicente propheta. Quum ſanctificatus fuero in
uobis: congregabo uos de uniuerſis terris tribula
tionum: uidelicet & anguſtiarum. Et effundam
ſuper uos aquam mundam: & mundabimini ab
omnibus inquinamentis ueſtris. Et dabo uobis
ſpiritum nouum & cetera.

Capitulum decimũ ſecunde partis ſecundi libri.

Capitulo decimo de decimo ſtatu gratiæ ſecundi
libri.

✠

Ecimum ultimũue tempus fuit beatitudi
nis dum humaĩtas chriſti glorificata remã
ſerat ſeſe miraculoſe ſuis oſtendẽdo diſcipulis.
Et ſic in mundo ſtetit uſq; ad aſcenſionis diem.
Sic itaq; hoc tẽpore ſtatus decimus gratiæ figura
tur. Qui quidẽ tãte extitit dignitatis: ut q̃ꝗ mũ-
do conuerſari uideret̃: cœleſtis ꝑadiſi poſſidebat
gloriam. Sic electus infuſione gratiæ: qua nulla
porro creatura impedimentũ miniſtrare poteſt:
nec ſuam auferre gloriam. At actu: habituq; iam
glorificato in uia uitæ huius dormiens quaſi cõ-
tinue: atq; uigilans: om̃es ſemper uirtutes ſupra
humanã exiſtimationẽ obtinet: diuino ſuccenſa
amore. Quare homo ille una cum Hieremia fari
compellitur: atq; dicere cogitur. De excelſo miſit
ignem deus in oſſibus meis. Adeo inſuper tunc
uirtutes fortificant̃ ꝙ quaſi diuine uidentur eſſe
in potentia: ita ut nullo actu corporeo ꝑ aliquã
penam corporalẽ euacuari poteſt huiuſcemodi
beatitudo. Neq; actu poſſunt prolixius debilita
ri. He ſeptem autẽ uirtutes principales theolo-
gice. ſ. & cardinales: necnõ ſpũs ſancti munera:
atq; octo beatitudinũ uires ab omnipotenti deo
donantur robore: & firmitate fulcite ĩ hoc ſtatu.
Quãobrem ſi homo iſte uideret tam ſeipſum q̃
filiorum ſuorum corpora: penis ſeuiſſimis: aut

corporali relaxari morte nequaq̄ ſenſuali mero/
re turbari poſſet. Quoniam quod ī aliis homini
bus ſenſualis efficeretur dolor: factum eſt in illo
diuino nutu in uirtutem. adeo ut de hoc homīe
dici poſſit quod in Ioāne habetur. Ecce uere iſra
helita in quo dolus non eſt. In principio nanq;
huius excellentiſſimi ſtatus deguſtant omni mi
rabili diuinaq; dulcedine exceſſiui feruores: & a
mene lachryme: atq; langores ſuauiſſimi: necnō
inconſiderabiles raptus: inueſtigabiles alteratio
nes: ſecretæ reuelationes: ſuperne uiſiones: & bea
tiſſime indicationes. Quæ quidem omnia hæc ꝓ
lixius in ſua ſunt perfectione conſumata. Vnde
anima fit quaſi inuariabilis in uiatica ſubſtātiali
gloria. Atq; ita in deo omnipotenti tranſformat
ob experientiam gratiarū ſupradictarū. Beatiſſi
mum inquā ſtatum iſtum: & glorioſum: in quo
hō mortalis diuinus totus efficitur: adeo cōſecra
tum dicimus ut habet in cantico. Dominus mor
tificat: & uiuificat. Deducit ad īferos: & reducit.
Dominus pauperē facit: & ditat. hūiliat: & ſuble
uat. Suſcitat de puluere egenū: & de ſtercore ele/
uat pauperē. ut ſedeat cum principibus: & ſoliū
glorie teneat.

Capitulum undecimū. Idem uir ſanctus in eodē
libello capitulo de ſpirituali amore creaturarum

ſhabentiū ad īuicem. Circa finem ponit qualiter ſpiritus ſanctus decipit perfectos: ubi ait.

Vanq̄ animæ perfectorū uirorū erubeſcāt inter ſe ſe & deum aliquā creaturā in amorem interponere: aut in huiuſmodi perſiſtere cogitatione. Verūtamen cōſiſtit inordinate in mētalem ſolicitudinē pro negociis neceſſariis: & nō neceſſariis: quibus amor manifeſtatur in opere. Deceptiones quidē iſtarum excellentiſſimarꝫ aīarum ſiue creaturarū: nō ſunt uelut cōmuniū hominū periculoſe: neq; ſpiritualis mortis occaſio. Sed deus hoc permittit ad illorum humilitatē: & ut inde diſcant cauere ſe a ſimilibus. Et ut eruditiores fiant: monet: & inſtruit deus ſcrimire: permittens ex reuelatione in primā: & ſecundam: & tertiam perſonā decipi a ſpiritu ſancto ſub uelamine ſpiritus prophetiæ. Noſtro tamen defectu non intelligendo in reuelatiōibus quod ſanctus ſpiritus intendebat intelligi poſſe. Multū enim ītereſt inter deceptiōes cōmuniū perſonarū: & electorum ſpūalium. Nam cōmuniū in deceptiōes duo manifeſtant̄. Videlicet modicus amor deceptoris: & dānū decepti. Sed in deceptōibus ſācti ſpūs duo omnino cōtraria. Videlicet magnus amor eius q decipit. et ualde fructuoſa utilitas illi

✠

us q deceptus remanet. Si uero deceptus a ſãcto ſpiritu tantã habet grãm ꝙ niſi ſemel ſeſe đcipi pmittat ex quacũque iſtarum perſonarũ trium: neque in huiuſmodi deceptiõibus flectere pmittat. Si uellem poſſem ſane iuramẽto abſque peccato affirmare: ꝙ deceptiões in prima: in ſecũda: & tertia pſona per ſpũm ſanctũ operate uelamine ſupraſcripto ĩ electis filiis ſuis: hoc in præſẽti ſtatu ſunt omni excellẽti creaturæ neceſſaria. Et ideo q deceptus eſt cuſtodiat & caueat. Et qui nõ eſt a ſpũ ſancto deceptus cognoſcat ſe inſufficiẽtem ad huiuſmodi deceptiões. Quanobrẽ deceptos nequaq̃ damnet: ſed magis reuerenter deceptiones excuſet: & deceptos ſũmopere ueneret̃.

Explicit ſecunda pars ſecundi libri.
Incipit tertia pars tertii libri.

Vxta. n. huiuſmodi ſpiritus ſancti deceptionum formã in quodam ſermone de doctrina nouitioꝶ ſpiritualiũ: ad culmẽ contemplatiõis peruenire querentiũ beatus Bernardus ſic ait. Incipiens a conſolatione eorum q experti ſunt in principio ſue uocationis. Deinde minus in ſua iuſtificatione expertis: tanq̃ de incipientibus & proficientibus dicit.

Capitulum primũ de primo tempore uocatiõis.

Vis.n. exptus ignitos affectus: ãplexus caſtos: ſãctaq; colloqa mutua ḋtegerẽ ualeat. Tunc cunctus ſeruilis timor: & omnis præmeditata locutio lõge fit: prout ſugerit amor: ſponſo fatur ſponſa. Et ſi qua adulteria ſe ĩmiſcuerĩt dicta: uel geſta quadã proſpicua: & illuminata diſcretõis manu abiguntᷣ a ſponſa: ne tanti ſolatio ſponſi elatione priuetur.

Capitulum ſecundum de ſecundo tempore iuſtificationis.

o Quotiens quæ minus in amoris arte erudita eſt decipitur: deprædatur: proſternitur. O quotiens euolat ſponſus: atq; ab aſpectibus euaneſcit dilectæ. Repente quippe ut ſupra ſe inaniter erigitur anima fugit. Spiritus humilis: humilem diligit. Elatam uero tanq̃ indignã repudiat & repellit. Hæc nanq; aſpernatio: & hic ſponſi diſceſſus: miro incredibiliq; modo crutiat diligentem. Prudentẽ tamen efficit ad diſcernendũ ſpirituum diſcretionẽ. Ad hanc nempe cognitionem per aſſiduam orationẽ: per caſus: mœrorẽ: & per ſpirituale & ocultũ magiſterium facile peruenitur. Sed ante q̃ ſapientia imbuatᷣ aĩa prius q̃ dei uerbo amoris uinculo cõfederetᷣ ſæpe labitur

✠

errorem pro ueritate ſuſcipiens.

Capitulum tertium.

Lerunq; tamen permittẽte ſponſo ut ſibi ardentius dilectam copulet: aut ad altiora prouehat: aut prudentiorẽ efficiat Sathanas ĩ lucis angelũ transſformat᷑: atq; illo tam ſancto contubernio admiſcetur. Quem quũ anima adhuc celeſtium ignara uiſitationũ: erroris admiſit ſpiritum. Et ueluti domino ſe illi ſubſtrauerit: ſine mora ſponſus ſecedit. Et illico ſuccedũt tenebre: & quædam opaca mentis ebetudo continuo obdureſcit animus. Et propria confuſione contũditur: atq; ex his quæ patit᷑ perſpicue ĩtelligit ſpm̃ quem ſuſcepit inimicũ fore. Mox lachrymarum fluunt imbres: & gemitus emittunt᷑ mœroris inditia: ingeminant᷑ præces mentis: proponit᷑ cuſtodia: & cordis oĩmoda uigilãtia de cetero ſtatuit᷑.

Capitulum quartum.

Alibus itaq; prouocatus ſingultibus: talibuſq; promotus ſpiritualibus ſtudiis: aduenit ſponſus: & placito ſe oſtentat aſpectu. Nã diu ſibi dilectam affligi nõ patitur. In iſto uero ſecundo aduentu: quis ſermo: quæ facundia: q̃d ue humanũ ingenium capere ualet᷑? quanta exuberent dilectiõis ſolatia. Ibi intellectus excludit᷑: ſopit᷑ cogitatio. Et ſolus amor teſtis eſt & cetera.

Capitulum quintum.

Dem ante dictus uir ſanctus Vgo in quo dam capitulo de admonitõe ſiue doctrina indiſcreti amoris ſpũalis: ſic ſubſtantialiter ait. Arma quibus ſecure cõſeruatur & regitur amor bonus: ſunt in tribus reformationibus animarũ electarũ. Prima reformatio eſt quæ diſponit a nimam ad dei uoluntatẽ exercendã. Vnde opera Chriſti perficere conatᷣ. Que quidem reformatio incipientiũ eſſe poteſt. Cum dicat non eſſe ſuffi cientem ad uerũ amorem regendũ. Secũda re formatio eſt quum aĩa unita cum deo remanet ualde guſtans de deo: habenſqꝫ ĩmenſas ſpiritua les delitias: Et dici poſſunt uerba: & cogitari ĩ hu iuſmodi feruore. Quãobrem ad bonũ ſatis ſuf fitiens eſt amorẽ regendũ. Duntaxat incipientiũ paſſa ſit ruinã ĩ iuſtificationẽ. Tertia uero trãſ formatio quãdo anima per unionem optime re formata eſt in deũ: & deus ſimiliter ĩ ea. Sentiẽs: fruenſqꝫ rebus dei: quæ nec dici poſſunt: neqꝫ co gitari. More apoſtoli dicẽtis. Audiui archana dei quæ non licet homini loqui. De quibus puto ſit connubiũ aĩæ perfecte cum deo conſumatũ indi cibiliter. Itaqꝫ talis: tantaqꝫ in hac aĩa gratia infu ſa eſt: ꝙ perfecte regere ualet dei: & proximi amo rẽ. Ea uidelicet grauitate: & ſapiẽtia: ꝗbus ſenſus

✠

corporales corrigũt. Et ita ſoporant ex ebrietate delitiarũ ſpiritualium. Quod aĩa his oĩbus quæ in optimo amore dei: & proximi concepit pficiet fœliciter operãdo. Iuxta illud Pauli ad romãos. Iuſtificati ergo ex fide pacem habeamus ad deũ per dñm noſtrum Ieſum chriſtũ: per quem & acceſſum habemus p fidẽ in gratiã iſtam: uidelicet huius reformatiõis in qua ſtamus: & gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ dei. Non ſolum autẽ: ſed & gloriamur in tribulatiõibus: ſciẽtes qa tribulatio patientiã operatur: patiẽtia autem probationẽ: probatio uero ſpem. ſpes autẽ non cõfundit: qa charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis.

Capitulum ſextum.

X quodã libro qui intitulat de beatitudĩe edito a quodã ſancto uiro ſãcti Dominici ordinis prædicatorꝝ. Diuerſis interrogationibus & diffinitionibus electorꝝ: unitorumqꝫ: uidelicet utrũ unitus poſſit iraſci. Quid agit unitus utrũ omnes potentiæ anime unitæ ſemp unitæ remaneant. Aut aliquando aliqua earꝝ in parte diſiungitur. & his ſimilibus. In hoc aũt capitulo tertiæ interrogationis utrũ omnes tres potentiæ huiuſmodi unitæ anime ſint ſemp replete de dei unitate. Ex multis uerbis ſubſtantialiter loquendo in

hanc perficit diffinitionē. Reſpondit. Cū deus ſit operator liber & nō neceſſarius poteſt aliquarum potentiaꝝ unitæ anime partē: aut in totū n̄ nunq̄: īmo perſæpe ſolet: & ſuſpēdere in uno uidelicet actu ſuo: & nō in aliis: & ſic in duos & nō in ceteros. At ut ita dicā: in omnibus dimittēdo cadere unitum etiā ſine damno ſui: ſiue ſine culpa corā deo. Nam alius cadit ī dubitationē ſicut glorioſa Virgo & mater domini: quæ dubitans amiſiſſe filiū: quærebat eum inter cognatos & notos: dolēdo plurimū. Alius in timore: uelud beatus Ioānes baptiſta timēs ſeſe nō poſſe in ſeculo cuſtodirī: unde heremū petiit. Alius ſicut Petrus in opinione circūciſionis errās. Alius in cōmotione animi ſicut Paulus quū blaſphemaſſet pontificem dicēs. Percutiet te paries dealbata. Alius ī diſceſſione: ſicut Barnabas diſcedēs ab apoſtolo. Quoniā nolebat ſecū ducere Marcū: eo ꝙ dimiſerat eos a Dalmatia. Alius ſicut Dauid in dubitatiōe diuini amoris: dum diceret. Ego dixi in exceſſu mētis mee: ꝓiectus ſū a facie oculoꝝ tuoꝝ. Nam nec doluiſſet niſi dilexiſſet.

Capitulum ſeptimum.

Eniq; ſequitur ibi ꝓpe. Puta deum patrē pium: diligentēq; conſpectorem ſeculorū: futurarūq; rerum non nunq̄ tranſtulare ſecum

dilectis ſuis:dimittens illos in cœno:& luto cadē
re:ſubtrahendo actum illoꝝ:& non maculāt ſe.
Dauid atteſtante:qui ait.Beatus uir cui non īpu
tauit dn̄s peccatum:nec eſt in ſpiritu eius dolus.
Quā ob rem nonnulli electoꝝ inueniunt̃ facien
tes acta peccatoꝝ: & non imputant̃ illis ad pecca
tum.Et hoc quia in eoꝝ ſpiritu non eſt mala uo
luntas: nec aduertunt ꝙ ſit peccatū : neq; huiuſ
modi ignauie in cauſa ſunt.Nam ſi aduerterent
non peccarent.Errant autē per ignorantiā inuin
cibilem abſque eorum culpa. Vnde dicitur. Per
mittit deus ut homo cadat : ut fortior reſurgat.
Et ideo Auguſtinus in libro tertio de libero arbi-
trio. Si tāta fallacia eſt ut caueri oīno nō poſſit:
ſi ita eſt nulla peccata ſūt.Quis.n.peccat ī eo qđ
nullo mō caueri pōt. De peccatis ꝑ ignorantiā.
Et etiam per ignorantiā facta quædā improban
tur:& corrigenda indicant̃:ſicut in diuinis aucto
ribus legimus.Ait.n.apoſtolus. Miſericordiā cō
ſecutus ſum:quia ignorās feci.Ait & propheta.
Delicta iuuentutis mee : & ignorantias meas ne
memineris. Sunt̃ etiā neceſſitate facta improbā
da.Vbi uult homo recte facere & non pōt.Nam
unde ſunt ille uoces.Non.n.quod uolo facio bo
num:ſed quod nolo malum hoc ago.& illud uel
le adiacet mihi:perficere autē bonū nō inuenio.

Et illud. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: & ſpi ritus aduerſus carnẽ. Hæc. n. inuicem aduerſant̃ ut non ea quæ uultis faciatis.

Capitulum octauum.

Vod autẽ hæc: & his ſimilia: quæ in chari tate dei: & fide reformãtur in ſenſatiõe nõ imputant̃ in peccatum: aut remittunt̃ illico: per huiuſmodi Pauli præfati uerba cognoſcunt̃: dũ ait. Cõmendat autem ſuam charitatẽ deus in no bis. Quoniã cũ adhuc peccatores eſſemus: Chri ſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis iuſtificati. i. in ſenſatione reformati: & per chari tatis gratiam in eum uniti. Nunc in ſanguine ip ſius: per continuas: deuotaſq; meditatões paſſio nis ſue: ſalui ſumus nos ab ira. i. culpa: per ipſũ i. diuinã ꝑ dilectionẽ ipſius. Vnde Auguſtinus ĩ libro de prædeſtinatiõe ſanctoꝝ inquit: hac utẽs ſententia. Nunq̃ rem agere põt prædeſtinatus: q̃ deum offendere põt. Itaque puto ait autor iſte: ꝙ Dauid in peccato ſuo totus a mẽte abſtractus fuiſſet nec dilucide aduerteret. Cum quãprimũ prophetã audiſſet: quaſi de ſomno ſurgẽs dixit culpam ſuam. Et Auguſtinus ĩ libro de uita chri ſtiana: idem de illo ait. Sed ĩ iſto uiro ĩmoderate huius libidinis nõ permanſio: ſed tranſitus fuit. Propterea ille illicitus appetitus: ab arguente pro

pheta hoſpes uocatus eſt. Deniq; concludens au ctoriſte ait. Caue tu qui legis ne dicas. Ergo licet peccare ex neceſſitate: abſit: quoniã eſſet in ſpũ tuo malitia. Et eſſet tibi peccatum uoluntariũ in maxima damnatiõe animæ tuæ.

Capitulum nonum.

Nde ad. xii. capitulũ idem auctor in diluci dationẽ ſupradicte opinionis ſuæ inqt: cir ca mediũ. Quid ſi dauid poſt peccatũ ad maiorẽ perueniſſet uirtutẽ? Iuxta beati Gregorii ſenten tiam. Cum ſitiret: aquam bibere negauit: quæ in periculo auſa fuit animarũ. ſed deo effudens liba uit. Quid ſi dixero? Multos ex cõſecutæ illius mi ſericordie exemplo conuerſos: & ſaluatos eẽ. Aut more Auguſtini ĩ libro de uita chriſtiana. Et hoc ut nemo d ſua iuſtitia præſumerẽ audeat dicẽdo.

Capitulum decimum.

I qua uero peccata magnorũ uirorũ legerit quis: : tãetſi eis aliquã figuram rerũ futura rum animaduertere: atq; indagare potuerit. Rei tamen geſte proprietatẽ ad hũc uſum aſſumat. Vt ſi nequaq̃ recte factis ſuis hĩc iactare audeat: et præ ſua iuſtitia nõ cæteros tanq̃ peccatores cõ temnat: cum uideat tantorũ uirorũ: & cauendas tempeſtates: & flenda naufragia. Ad hæc. n. etiã peccata eorũ hominũ ſcripta ſunt: ut apoſtolica

illa ſententia ubiq; tremēda ſit: quū ait. Quapp qui uidetur ſtare uideat ne cadat. Nulla. n. pagina fere eſt ſanctorū librorū in qua non ſonet: ꝙ deus ſupbis reſiſtit: humilibus aūt dat gratiam. Iccirco deus oēm filiū quē recipit flagellat. Quade re Dauid nō ſibi: ſed deo peccaſſe uidetᷣ: ſicut ipſe atteſtatᷣ dicens. Tibi ſoli peccaui: & malū coram te feci: ut iuſtificeris in ſermonibus tuis: et uincas cū iudicaris. Vnde Paulus. Si aūt iniqtas noſtra iuſtitiā dei cōmēdat: qd dicemus? Nūqd iniquus eſt deus qui infert irā ſicut hominē dico abſit.

Capitulum undecimum.

Oncludendo deniq; auctor iſte ait. Voluit enim deus in omni ſtatu pro gloria ſua ꝙ inueniantᷣ lapſi quos abſq; damnatōe: præſertim unitos aleuat: & iuſtos facit. Dicente apoſtolo. Iuſtitia autē dei eſt per fidem Ieſu chriſti in omnes: & ſuper omnes. Videlicet unitos & reformatos in ſenſatione: qui credūt in eū: per nimiā dilectionē: & per experientiā ſuauitatū: & reuelationum ſuarū. Non eſt enī diſtinctio inter reformationē fidei: & ſenſatiōes. Omnes enī peccauerunt: & egent gloria dei. Iuſtificati gratis. Sunt uniti per gratiam ipſius dei: cui die noctuq; aſſiſtunt per redemptionem quæ eſt in chriſto Ieſu. His uidelicet qui ī eum per attractionē maxime

dilectionis rapiunť:& uere charitatis. De qua ad differentiā cognoſcendā cupiditatis:& male uo/luntatis & inique. Beatus auguſtinus in libro ter tio de uita chriſtiana ita locutus eſt.

Capitulum duodecimum.

Haritatē autē uoco motum animi ad fruē dum deo propter ipſum: & ſe & proximo propter deum. Cupiditatē aūt motū animi dico ad fruendum ſe:& proximo:& quolibet corpoř: non propter deum. Quod agit charitas quo ſibi proſit utilitas eſt. De bňficio proximi. Quod autē agit proximo ut proſit bňficia nominātur. Quanto.n.magis regnū cupiditatis deſtruiť: tā to charitatis augeť. Quaſi dicat oīa & quæcunq; fiunt aīo:& intentione liberandi ſe uel proximū ab omni tēptatione:obſtinatione:odio:& pericu lo. uel pp iuſtitiā cuſtodiēdā:ī dei laudē:et hono rē:necnō & proximi ī charitatē & ſalutē uendicā dam. deſtruunt cupiditatē male intentiōis:& re/gnum uere charitatis uendicāt. Quicquid ergo a ſperum: quicquid obſcenū facto dictuq; in ſan ctis ſcripturis legiť:ex perſona dei : uel ſanctorū eius ad cupiditatis regnum deſtruendum ualet. Quod ſi perſpicue ſonat non eſt ad aliud referē/dum q̄ ſi figurate dictum ſit. Sicuti illud apoſto li:Qui autē Ieſu chriſti ſunt: carnē ſuam crucifi

✠

xerunt cũ uitiis: & concupiſcẽtiis. Quæ quaſi fla gitioſa ĩperitis uidentur: ſiue tantum dicta: ſiue etiã facta ſunt: uel ex dei perſona: uel ex hominũ quoꝝ nobis ſanctitas cõmẽdat̃ tota figurata ſũt Neq; ullo modo quiſq̃ ſobrius crediderit deũ pe des ita unguento prætioſo a muliere perfuſos: ut luxurioſoꝝ: & nequam hominũ ſolẽt: quorum talia conuiuia deteſtant̃. Odor enĩ bonus fama bona eſt: quã quiſquis bone uitæ operibus habu erit: dum ueſtigia chriſti ſequit̃ quaſi pedes eius prætioſiſſimo odore pfundit. Quoniã om̃is chri ſti actio noſtra eſt inſtructio. Ita ꝙ ĩ aliis pſonis non in ſenſatione reformatis plerunq; flagitiũ ẽ in diuina: uel prophetica pſona magne cuiuſdã rei ſignũ eſt. Alia quippe in perditis moribus: a lia in Oſee prophete uaticinationẽ cõiunctio me retricis. Nec ſi flagitioſe in conuiuiis temulento rum: & laſciuorũ nudantur corpora. Propterea ĩ balneis nudum eſſe flagitioſum eſt.

Capitulum decimumtercium.

ſIc itaq; in unitis: & reformatis animabus ĩ ſenſatione cenſendũ eſt: quod nequaq̃ ali quid male uoluntatis operari queãt: niſi ſponſo Chriſto domino permittente agere quædam ſub uelamine: præſertim iuſtitiæ: charitatis: ſolicitu

dinis:& cure humilitatis & obedientiæ in excedẽ-do plus q̃ oporteat. Et hoc ut ad tempus durius a deo:uel ab hominibus ĩcrepati: atque correpti humiliores & cautiores efficiantur: ne ex ſpetiali dono munereq; contẽplationis:more luciferi coequari ſeſe deo præſumant. Verũ magis ex lapſu ſuo ſub pedibus omniũ cupiant cõculcari. Et ab oĩbus ſpni:ac cruciari: nec unquã a lachrymis ſe ualeãt abſtinere:& a gemitu oĩum peccatorꝝ ſuorum. Inſup cõmemoratõe ſui erroris proximorꝝ delictis cõpatiẽdo tanq̃ ſua propria lugeř conetř. Et lapſos dulciter monere: erigere: & conſolare. De his ergo optime loquitř uir ſanctus magnus Valterius doctor pariſinus: ordinis beati Augu-ſtini. Capitulum decimumquartum.

N fine. xxix. capituli ſecundi libri de nobilitate animæ ubi enarrauit effectus temporum: uidelicet: uocationis: iuſtificationis: magnificationis: & glorificationis. In ſpem ſumme cõ-ſolationis illorũ: uidelicet qui tempore iuſtificationis ſue ſubſtinuerunt temptationes uiolẽtas uſq; ad peccatum. uel peccati ſimilitudinẽ. Vn-de ait. Deniq; aũt tẽporibus iuſtificatiõis: & magnificatiõis ſuccedit quartũ tẽpus glorificatiõis. Et hoc eſt quando anima plene reformabitur

in cœleſti beatitudine. Quia animæ ille quæ ſic a peccato ſunt uocate: & ſic ſũt iuſtificate: uel alio modo conſimili. Sicut uidelicet dictũ eſt p diuerſam examinationẽ: tam per ignẽ q̃ per aquã. Et poſtea ſunt ſic magnificate: uel erũt glorificate. Quia dominus dabit tunc eis plene quod hic cupiebant: & plus q̃ nouerant cõcupiſcere: quia eleuabit eas ſupra oẽs electas aĩas ad equalitatẽ cherubin & ſeraphin: eo q̧ oẽs alias aĩas trãſcẽderũt in cogitatione dei: & dilectiõe ſimiliter in hac uita. Finito uidelicet tẽpore iuſtificationis: tunc reſurgunt in pacẽ mentis: in charitatẽ dei: & proximi: cum cõpunctione lachrymarũ. contritione ĩ confeſſione. attritione in penitentia auſteritatis. Confidentia in miſericordia dei: cum ſpe in dilectione: uiſione ſpirituali dei. Et corporalis apparitio domini noſtri Ieſu chriſti ĩ largitudine munerum ſpiritus ſancti: nec non & omniũ beatitudinum: cum magna ſpiritus libertate. Vnde magis gaudet in tribulatione: & perſecutõibus: q̃ in honoribus: & delitiis mundi huius: quoniã tunc magis ſentit ſuauitatem bonitatis dei: & magis guſtat. Et ideo uir ſanctus ſequitur: & ait.

Capitulum decimumquintum.

Vi ergo peruenire ad hanc uult magnificationem: non timeat iuſtificationẽ: qa illa

Dicit.n.dominus per prophetam magne conſo
latiōis uerbū cunctis talibus aīabus. Puer meus
noli timere: ſi tranſieris per ignē flāma non noce
bit tibi. Mundabit animā tuam ab omi carnali ī
munditia. Et ſtabilem eam faciet ad recipiēdum
ignem ſpiritualē dilectionis dei. Et hæc oportet
primo fieri: quia ut prius dixi nō poteſt in ſenſa
tiōe aliter aīa reformari. Dicēte propheta. In no
uiſſimis diebus iuſtificationis circūcidet dn̄s cor
tuū: & emūdabit te: qm̄ iniquitates noſtras ipſe
portabit: & peccata noſtra ipſe tulit. Item Effun
dam ſup uos quum ſanctificatus fuero in uobis
aquam mundā: & mundabimini ab omnibus in
quinamētis ueſtris: & ab uniuerſis idolis ueſtris:
uanarū diuerſarūq; temptationū mūdabo uos.
Et dabo uobis cor carneū: & ſpiritum nouū po-
nam in medio ueſtri. Et auferā cor lapideum de
carne ueſtra: & dabo uobis cor carneū: & ſpiritū
meum ponā in medio ueſtri. Et faciam ut in præ
ceptis meis ambuletis: & iuditia mea cuſtodiatis
& operemini. Ergo una cū Paulo apoſtolo dica
mus. Scimus autem quoniā quæcunq; lex his q
in lege ſunt reformati loquitur: ut omne os ob-
ſtruatur a ſua gloria. Et ſubditus fiat omnis mū
dus deo. Quoniā ex opibus legis non iuſtificabit᷑
omnis caro coram illo. Qui intima uidet utrum

ex amore iuſticiæ quid agat̃: uel timore pene: q̃d nõ uiderent homines. Et ideo ſcriptura dicit. Credidit Aabraham deo: & reputatũ eſt illi ad iuſticiam. Ei uero qui nõ operatur in lege: credẽti autem in eum qui iuſtificat impiũ: reputatur fides eius ad iuſticiã: ſecundũ propoſitum gratiæ dei: ſicut & Dauid dicit. Beatitudinẽ homĩs cui deus accepto fert iuſticiã ſine operibus. Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui nõ ĩputauit dominus peccatũ.

Capitulum decimumſextum.

Icamus igitur qui ſunt iſti & laudabimus eos. Electi ſũt diu iuſtificati: uniti: & reformati ĩ deum per ſpiritualẽ: & ſingularẽ electionẽ gratiæ diuine: ita ut pro dei gloria: & honorẽ: nõ ſolum ſicut Aabraham uellent filios ſuos tã carnales: & tẽporales: q̃ ſpirituales imolari. Immo pro eius amorẽ ſeipſos milies in die uellent poſſe in cinerẽ: & puluerem cõuertere: atq; in uentum proiicere. Nec nõ pro ſalute inimicorũ ſuorum cencies in die mori parati ſunt. Nec miremini patres mei: quoniã præuenti ſunt a ſpiritu ſancto ſuperueniente in illos: quos obumbrauit diuina dei uirtus: tali tantaq; ſpirituali ſuauitate: & guſtu: tum in dilectione: tumq; in uiſiõe ipſius dei & domini noſtri Ieſu chriſti. Quod nõnunq̃ ſi

diutius duraret delitiarũ illarum feruor: uiſcera eorum penitus erũperent: & deficerent. More ut fertur beatæ Vrſuline de Parma: & Iacoponi or-dinis minorꝝ. Nunquid tales mala unq̃ uolunta te: aut iniqua intentiõe: uel malo ſpiritu ad pec candum cõtra gloriã dei deduci poſſunt. In tem pore iuſtificationis ſue: quum eos præſertim ad tempus perueniſſe magnificatiõis nouerimus ꝑ illa ſaltem exteriora indicia quæ cerni poſunt et uideri. Quãq̃ eorum ĩtrinſeca diuina gaudia: nec cernere: neq; guſtare ualeamus: quæ quidem lon ge lucidiora ſunt ualde iudicia ueritatis.

Ecce iam trium partiũ libri ſecundi diffuſe & ex pedite materia afflictionũ: & anguſtiaꝝ electoꝝ in tempore ſue iuſtificationis: prout in parte pri ma de tempore præfate iuſtificationis habetur. Secũda de diuerſitate temporũ uocationis: iuſti ficationis: & magnificationis: ſcriptum eſt. Tertia de deceptionibus a deo permiſſis uidetur.

Explicit liber ſecundus dictus uirga nuptialis.

Incipit tabula tertii libri.

Res ſunt enĩ partes libri huius: more alio-rum. Prima dicitur indicatiua: eo ꝙ in ditia renouationis electorũ: & contemplatiuorũ

innoteſcit. Et habet capitula triginta.
Secūda dicitur purgatiua: eo ꝙ de modo purgā di animas electoꝝ ex fortitudine animi in aduer ſitatibus ſpiritualibus: ſimul & temporalibus. Et habet capitula decem.
Tertia dicitur exemplaris: eo ꝙ ab exemplo Chri ſti noſtri ſaluatoris ex uerbis propheticis uiam e lectorum conatur temere iudicantibus indicare. Et habet capitula ſeptem.
Incipit ꝓlogus in opus libri tertii nūcupati Mo nile ſponſarū. Cum de excellentiſſimarū anima rum in plenitudine gratiarum diuinarum reno uatione in eo pertractetur.

Vrauimus fratres mei de his ī primo li bro rebus ptractare: quæ ad eruditionē amicorū pertinere uident̃: ne in temera ria laberent̃ iuditia aduerſus exptos: ſpirituales: atq; cōtemplatiuos patres: tam religioſos q̄ ſecu lares. Siue clericus: ſiue quidē laicus fuerit. Quo niam ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deum. Ideo omnes homines quocūq; ſe ſe ſtatu reperierint: ſuam humiliter: ac deuote ſalutem exponant uendicare: dimiſſa proximi: maiorum præſertim: tū officio: tum ue ætate: detractione: & murmuratione. Secundo quidem libro qd

✠

huiuſmodi electis in uocatione:quid in iuſtifica tione:quid ue his magnificationis tempore eue- niat : enarrandum duximus dilucidiſſime . Hoc autē tertio: ultimoq; libello ordinem reſur gēdi ex limbo:& umbra mortis : ubi abſētia gr̃æ ſpiritualis obſcuritate proſtrati iacuerãt ĩ cœno. Diuina tamen permiſſione perueniēdi ad maio rem ſui gratiam:atq; gloriam.

Explicit exordiũ. Incipit narratio primæ partis.

n

E forte rudibus : & imperitis uerba mea odioſa appareant. Quum tam pie:tamq; benigne eternum patrē p merita paſſionis ſui glorioſiſſimi fi lii cum electis habere audierint: remittendo illis omnium reatuũ ſuorum culpã . Penam uero in penitentiæ auſteritatē:in aduerſis patientiã:atq; lachrymarũ contritionē compenſat. Si tamen cã humiliationis ſacramentũ uere cõfeſſionis uene rentur:& quærant: dum tempus:moduſq; affu erit. Sin autē:dominus Ieſus confeſſor erit eoꝝ. Pater quoq; æternus remittit & abſoluit eos. Au ctoritatibus quidē ſacre matris eccleſiæ doctorũ: quæ dixerimus probanda ducere inſtituimus.ut infra patet .

Capitulum primũ ꝙ aduerſa contritis a deo: uel ab homine immiſſa ad correptionẽ: patiẽter tollerata remiſſionẽ donent ab omni culpa: & pena æterne damnationis. Si tamẽ ulterius non addit̃ ad peccandũ: iuxta beatiſſimi Hieronymi ſentẽtiam dicentis. Diſtinctione. xxiii. De crimine.

Vid ergo ait contra dñm cogitatis? Ipſe q creauit mundum: & conſumationẽ eius faciet. Quid ſi uobis uidetur crudelis? & rigidus: & cruentus. Quod iam ĩ diluuio genus deleuit humanum. Super ſodomã & gomorã ignẽ pluit. Egyptios ſubmerſit fluctibus. Iſrahelitarũ cadauera proſtrauerit in heremo. Scitote ideo ad præſens reddidiſſe ſupplicia: ne in æternũ puniret. Certe aut uera ſũt quæ prophete loquũt̃: aut falſa. Si uera ſunt: quid de ſeueritate eius uidet̃ dicere? Ipſi dixerunt. Mon iudicabit dominus bis ĩ idipſum in tribulatione. Sin aũt falſum eſt hoc quod dicitur: ꝙ non cõſurget duplex tribulatio: falſa eſt ergo & crudelitas quæ in lege ſcripta eſt. Quod ſi uerũ eſt: & negare non poterũt. Dicente propheta ꝙ nõ iudicabit deus bis in idipſum ĩ tribulatõe. Ergo q puniti ſũt poſtea inde nõ punientur. Sin autẽ poſtea punient̃: ſcriprura mentitur: quod dicere nephas eſt. Receperunt ergo &

qui in diluuio perierunt:& ſodomite:& egyptii: & iſrahelite in ſolitudine mala ſua in uita ſua. Quærat ergo hic aliquis:ſi fidelis deprehenſus ĩ adulterio decolet̃:quid de eo poſtea fiat. Aut enĩ punietur:& falſum eſt hoc quod dicitur. Nõ iudicabit bis in æternũ in tribulatione: aut non punietur:& optandũ eſt adulteris ut ĩ præſentiarũ breui & cita pena cruciatus fruſtent̃. i. finientur æternos. Ad quod reſpondebimus deum ut & omnium rerum:ita ſupplitiorũ:& queq; ſcire mẽſuram:& nõ punire ſententiã iudicis. Nec illi tali. ſ. ſententia in peccatore exercẽde: dehinc pene auferri poteſtatẽ:& magnũ peccatũ: magnis: diurniſq; lui cruciatibus. Si quis autẽ punitus ſit: ut ille in lege qui iſrahelitæ maledixerat: & qui ĩ ſabbato ligna collegerat:tales poſtea nõ puniri. qa culpa leuis præſenti ſupplitio cõpẽſanda ſit. Quid ergo de his qui ex ignorantia errauerunt: aut ſimplicitate:aut obliuione:& dure puniunt̃.

Capitulũ ſecundũ:ꝙ per correctionẽ:& penitentiam deus remittit peccatoꝝ culpas. quas & ipſe ſine correctiõe corporali per compunctionẽ cordis dimittere ſolet. Sicut ĩ Petro apoſtolo auctoritate Gregorii & auguſtini. xxiii. diſtinctione decretalium.

Icut non eſt ab oratiōe ceſſandum pro his quos corrigi uolumus. Etiā ſi nullo hominum orante pro Petro dominus reſpexit eū: & fecit eum ſuū deflere peccatū. Ita non eſt negligenda correctio: q̄uis deus quos uoluerit non correctos faciat eſſe correctos. Tunc autē ex correctiōe proficit homo: qnū deus miſereat᷑: atq; adiuuet. Qui facit quos uoluerit: etiā ſine correctiōe proficere. Quid ergo in contrictis & confeſſis.

Capitulū tertiū. ibidē de eadē materia Gregorius ī dialogo. Capitulū tertiū ex uerbis. b. Gregorii.

Ptineri nequaq̄ poſſūt quæ prædeſtinata non ſunt. Sed ea quæ ſancti uiri orando efficiunt: ita prædeſtinata ſunt ut præcibus obtineantur Tam ipſa perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotēte deo diſpoſita: ut ad hoc electi ex labore proueniāt quatinus poſtulando mereantur accipere: ꝙ eis omnipotēs deus ante ſecula diſpoſuit donare. Quid ergo ī eo qui ieiuniis: abſtinentiis: ī cinere: & cilicio: die noctuq; ſua deflere: & proximi: & inimicorū adhuc peccata non ceſſat.

Capitulum quartū. Ibidem Auguſtinus: ꝙ p penitentiam: & compunctionē peccata remittunt᷑. Exemplo Nabuchodonoſor: & Pharaōis. In qui

✠

bus penitentiũ:præmia & ueniam: & perſeuerã tium in obſtinatione ruinã apertiſſime cõprehẽ duntur.

Abuchodonoſor penitẽtiã meruit fructuo ſam. Nonne poſt innumeras ĩpietates fla/ gellatus penituit: & regnum qđ ꝑdiderat rurſus accepit? Pharao ipſis ẽ flagellis durior effectus: & periit. Hic mihi rationẽ reddat: qui diuinum cõ ſilium nimium alte ſapiẽti corde diiudicat. Cur medicamentũ unius medici efficitur alteri ad in teritum: alteri ualuerit ad ſalutẽ? Niſi quia chri ſtus bonus odor: aliis eſt odor uitæ in uitã: aliis ẽ mortis in mortẽ. Quantũ ad naturam erant am bo homines. Sicut nunc inter lapſus actiuoꝝ: & lapſus contemplatiuoꝝ: & omniũ electorũ. Am bo homĩes quantũ ad naturũ: actiuus pariter & cõtemplatiuus: ſiue electus. Quantũ ad dignita tem ambo reges. Sic quantũ ad dignitatẽ ambo religioſi. Quantũ ad cauſam ambo captiuũ dei populum poſſiderant. Sic quãtum ad reatũ am bo lapſi ſunt. Quantũ ad penã ambo flagellati: clemẽter admõiti. Sic ad ĩpropia: correctiões: & aduerſa: ãbo a deo caſtigati ꝑ đlictis. Quid ergo fines eoꝝ fecit eſſe diuerſos: niſi ꝙ unus eoꝝ ma num dei ſuſtinẽs in recordatõe proprie iniqtatis ĩgemuit. Alter libero cõtra dei miſericordiſſimã

✠

ueritatē pugnauit arbitrio. Ita inter electos & nō electos. Nam electi humiliter: & patienter correctiones: & aduerſa tā pro peccatis propriis: q̄ pro alienis: & pro amore conditoris tollerāt͛. Non electi uero ad hoc pro tunc cognoſcunt͛: præſertim in ultimo ſupplitii ſi reſiſtūt īpetuoſe correctiōibus: & aduerſātibus ſtudeāt īpugnar͛ īordinate.

Capitulū quintū de comparatione.

Vid ergo de his cēſendum qui quidē ultro pro Chriſti nomine: & errorū ſuorū demeritis: correctiones popoſcūt: q̄q̄ reſiſtendi: & impugnandi facultatē haberent. At inſuper calumniam: & improperia: læto: iucundoq; ſuſcipiant animo. Orantes: diuq; cū lachrymis peccata ſua & perſequentiū delicta: deumq; depræcātes acuratiſſime. Et quod magis eſt: ultra ſue correctōis ſententiā per mēſes multos iam ſicco tantū nautarum pane: & ſolum alternatī aqua utentes macerauerint in cinere: & cinere: & cilitio ī terrā proſtrati corpus & carnē cotidie. Diſponētes & inſtāter inquirentes duriſſime ſubiicere auſteritati totam uitā ſuam. At perpetuo ſcilentio: & ſolitudine continuata cupientes cellula claudi pane ſolūmodo & aqua perficere dies eorum. Ne forte uerba quæ ſequunt͛ beati auguſtini ex præcedēti capitulo aduerſari uideātur libertati omnipotētiæ

dei æterni:iuxta illud qđ effectu operaſſe cernit̃.
Id plane indicare diſpoſui: quod magis credēdũ
dicere uoluiſſe putauerim.

Capitulum ſextum : in dilucidatione opinionis
beati Auguſtini:non proſumptione : ſed magis
ſimplici & recta conſeruanda fide:ubi ait.

Ires itaq; obediētiæ nõ ideo ſubtraxit cuiq̃
quia eum nõ prædeſtinauit: quia eũ deceſ
ſurum ab ipſa obediētia eſſe præſciuit. Prædeſti
natio quoq; dei ſemper in bono eſt:quæ peccatũ
hominis ſola uoluntate cõmiſſum:aut remitten
dum nouit:cum laude miſericordiæ:aut plecten
dum cũ laude iuſtitiæ. Sane credendũ eſt ꝙ neq;
praeſcientia dei:neq; praedeſtinatio eius neceſſi-
tatem inducat recedendi a deo: tanq̃ a bono incõ
mutabili:ut bonum poſſideat cõmutabile:cum
ingenium:ratio:& intellectus: bonũ diſcernat a
malo. Quapropter nemo poteſt ſe excuſare:cũ li
berum habeant in anima arbitriũ : per uolũtatẽ
nunq̃ uelle aduerſionẽ a bono recedendi ĩcõmu-
tabili eliger̃:& deſiderio ſaltẽ & animo: ſi corpor̃
non poteſt diuinis cupere obedire mandatis . O
ptime itaq; beatus uir ĩquit:cum ait. Vires itaq;
obedientiæ & cetera: uſq; ibi. Praedeſtinatio dei
ſemper in bono eſt. Quaſi dicat illos praedeſtĩa

tos dicimus quorum peccata : aut per miſericordiã dei remittunt̃ ſine corporali penitẽtia : ſicut ĩ Petro : cui ſola contritiõe ſuum remiſſum eſt peccatum : quoniã auerſio non fuit in corde : ſed in ore ex timore corporali. Aut per penitentiã & auſteritatem correctionis exterioris & interioris. Sicut ĩ peccato Dauid. Quoniã non ex odio dei facinus ſuum perpetrauit. Sed ſenſuali delectatiõe obcecatus in foueam cecidit offenſionis dei : quam dilucide nõ aduertit. Sic ergo intelligẽda ſunt uerba praefati Auguſtini in praedeſtinatis. i. electis. Non autẽ ſicut in praeſcitis. Praeſciti autẽ ſunt qui tam corde : & uoluntate : q̃ opere auertunt ſe a deo tanq̃ a bono incõmutabili ad bonũ cõmutabile uirtute liberi arbitrii ſui. Vnde reprobi facti ſunt ſicut luciſer : & Iudas.

Signa autẽ qbus cognoſci poteſt ꝙ deus non imputauit peccatũ in iuſtificatione electorũ ſuorũ ad mortem : cum ipſe permiſerit ita fieri.

Capitulum ſeptimum.

Voniam more Gregorii in moralibus. Si mentis innocentia cuſtodit̃ : & ſi qua foris infirma ſunt quandoque roborantur.

Primũ quidem ſignum eſt quum purgat eos in anguſtiis : aut in perſecutionibus : aut infirmitatibus. Sicut factum eſt ĩ Dauid : & rege Ezechia.

✠

Quae humiliter ac patienter tollerantur. Se cundum uero ſignũ. Dat eis deus gratiã exercendi ſe in operibus miſericordiae tam corporalibus q̃ ſpiritualibus ĩ proximis. Tertium profecto in auſterirate ſeueriſſimi fiũt. Quartũ: in orationibus: & deuotõibus ſolicitiſſimi. Quintus ſolitarii ſunt quaerentes: ac peroptantes omniũ hominũ: creaturarũue cõuerſationẽ fugere & uitare. Sextum: compunctio lachrymarũ. Septimum: fidutia & confidẽtia magna in dei praeſidio: miſericordia: & pietate. nihil mundi petentes: ſed magis ſeculi cunctam gloriam ſpernunt & negligũt. Octauũ: ſemp laeti ſũt & cõſolati.

Signa autem ſpiritualia quae ab intrinſeco: quae ex his exterioribus ſequuntur ſunt haec. Pax mentis: quã inſpicientes non capiunt. Dicẽte ſcriptura ſacra. Iuſtorum animae in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentũ mortis. Viſi ſunt oculis inſcipientiũ mori illi autem ſunt ĩ pace. Quia pax multa diligentibus deum. Charitas dei de qua beatus Auguſtinus ait. Charitas ẽ ut mihi uidetur: Recta uoluntas ab omnibus terrenis: ac preſentibus prorſus aduerſa. Iũcta deo ĩſeparabiliter. Et ignita igne quodam ſpiritus a quo eſt: & ad quem fertur incenſa. Inquinamenti omnis extranea corrumpi neſcia. Nullo uitio

✠

mutabilitatis obnoxia: ſuper omnia quæ carnali ter diſiungunť. Excelſa affectionum: omniũ po tentiſſima. Diuinæ contemplationis auida. In o mnibus ſemp eſt inuicta: ſumma actionum bo norum: ſalus moꝝ: fons cœleſtium præceptorũ: mors criminũ: uita uirtutũ: uirtus pugnãtium: palma uictorũ: ſanctorum mentiũ arma: cauſa meritorũ bonorum. præmiũ perfectorũ. Sine q̃ nullus deo placuit: cum qua nullus potuit pecca re: nec poterit. Fructuoſa in penitentibus. Victo rioſa in martyribus. Operoſa in omnibus omni no fidelibus. Ex qua quicqd eſt boni opis uiuet.

Capitulũ octauũ. Quod charitas proximi eſt de qua. b. Bernardus ait.

I quis tãtam habuerit charitatẽ ut paratus ſit etiam pro fratribus mori: perfecta eſt ĩ illo charitas. Hinc feruor ſequiť: de quo dicere ĩ tendebat idẽ Bernardus. Qui huiuſmodi guſtu charitatis ĩebriatus fuerit: ad oẽ opus bonũ ilare ſcit. Laborat & ñ laceſſit. Derideť & ñ aduertit. De apparitione domini noſtri Ieſu chriſti qui bus apparet per uerba cognoſcitur dicentis. Diligite iuſtitiam. i. iuſtificationẽ: qui iudicatis terram in uanitatibus ſuis. Sentite de domino

in bonitate. Et ĩ ſimplicitate cordis quærite illũ. Quoniam inuenitur ab his: qui nõ tentant illũ in præſumptione & ſuperbia: in perſequẽdo dilectos Chriſti: & amatores eius. Et apparet eis qui fidem habent in illũ. Iactantes omnẽ cogitatum & omnẽ curam in eum.

Si aũt uera diuinaq; apparitio fuerit Ieſu chriſti he beatitudines cõſequunt̃. Capitulũ nonũ.

Onum lachrymaꝝ habetur ad cuncta peccata delenda: & ſua: & pro quibuſcunq; lugere pẽitẽtibus curabit. Vñ facilis ad lachrymas fit pro inimicoꝝ ſalute obtinẽda: ac pro aĩcis: in paſſiõe Ieſu chriſti: ꝓ abſẽtia ſpũs dñi. Et ĩ uiſione illius gemitus ſuauiſſimos emittit. De quo uero luctu cõpũctiõis. b. Bernardus ita loqt̃. O lachryma hũilis tua ẽ potẽtia: tuũ eſt regnũ: tuũ ẽ ĩpiũ. Tu noſti uiã: & ſemitã ꝑadiſi. Tibi cœleſtis patrie aperiunt̃ hoſtia cũcta. Tu ſecure ĩtras choros angeloꝝ: & archangelorum. Nullum ꝑtimeſcis: omnes tibi exurgunt. Nõ ceſſas nec quieſcis donec ueneris uſque in conſpectum altiſſimi. Et tamen non recedis donec negocium tibi cõmiſſũ ꝑficis. Vincis ĩuincibilẽ. Ligas oĩpotẽtẽ. Et ipſũ ligatũ ĩ medio familiaꝝ deducis. uñ Ambroſius.

✠

Lachryme quæ nõ ſolum poſſunt lauare noſtrũ delictum: ſed etiam uerbi cœleſtis rigarĩ ueſtigiũ: ut ingreſſus eius in nobis exuberent. O bone lachryme in quibus nõ ſolũ redemptio peccatorꝝ: ſed etiam iuſtorũ refectio. Idẽ. Lachryme lauant delictum: qđ ore pudor eſt confiteri. Et Auguſtinus. Vbi lachryme abũdãt ibi ſordide cogitationes non apropinquant. Iterꝝ Bernardus. Fœlices lachryme quas deus manibus ſuis abſterget: nõ ſolũ oculis: ſed quaſi oĩbus mẽbris Chriſtus fluiſſe uidetᷣ: ut totũ corpus eius qđ ẽ eccleſia ĩ eius corporis lachrymis rigaretur. Idẽ. Religioſa triſtitia: aut alienũ: aut propriũ luget peccatũ. Et beati quorũ luctus in hac temptatione uerſatᷣ.

Capitulũ decimũ de ſecũda beatitudĩe. ſ.

Eſiderium iuſtitiae: de quo dicit. Primum quærite regnum dei: & iuſtitiam eius. Regnum. n. dei quidnam aliud eſt q̃ praecepta eius quae die noctuque indeſinenter ſeruanda ſunt? Quae quidẽ nobis data ſunt in obſeruantiam & auſteritatẽ ſacre noſtræ religionis: in uera ſolitudine & ſcilentio. De ſolitudine Bernardus ait in epiſtola. Cũ quo deus eſt nunq̃ minus eſt ſolus q̃ quum ſolus eſt. Tunc. n. liber fruitur gaudio ſuo: tunc ipſe ſuus eſt: ibi ad fruendũ deo in ſe: & ſe deo. Tunc in luce ueritatis: & ĩ ſereno mũdi

cordis ē. Vltro patet ſibi pura cōſcientia: & liber ſe infundit de dei memoria; uel illuminatur ītellectus: & bono ſuo trahitˀ affectus: uel liberē ſeipſū deflet hūane fragilitatis đfectus. De ſcilētio. Quid dulcius: quid ſuauius: quidue utilius: ſanctiuſq; ꝗ̄ ſcilentiū optime cuſtodire. Hinc quippe anima a paſſionibus cuſtoditˀ: hinc mens a cogitatiōibus uanis: & iniqs. Cor ab amore: timorē: nec nō & dolore præſeruatˀ īnoxium: nec lingua fallit: nec cōſciētia rodit: nunꝗ̄ ſcribitˀ: neq; iudicari poteſt in malū uerbū qđ ore non profertˀ. Si diu tacebis: nulli nocebis. Qm̄ ueritas odiū pit.

Capitulum undecimum de deſiderio iuſticiæ.

Vſticia. n. eſt redderē unicuiq; quod ſuum eſt: iuxta ſententiā Saluatoris dicētis. Reddite quod eſt Cæſaris cæſari: & quod dei eſt deo. Quaſi dicat corpus corporali ſubiitias regularis obedientiæ in uilitate. parcitate: & ſobrietate: in moribus: ac uirtutibus educandis. Vnde Gregorius in moralibus. Obedientia non ſeruili metu: ſed charitatis affectu ſeruāda eſt: non timore pene: ſed amore iuſticiæ. Reddere aūt deo quod dei eſt: nihil aliud cenſendū eſt ꝗ̄ creatori ſuo animā conſtituendā peroptare: ex uere contemplatiōis

eius affectu. De qua quidẽ contemplatione Gregorius ſuper Ezechielẽ iquit. Cõtemplatiua uita eſt charitatẽ quidem dei & proximi tota mẽte retinere: & ab exteriori actione quieſcere. Soli deſiderio conditoris inherere: ut nihil iam aliud agerẽ libeat: ſed calcãs curis omnibus ad uidendã faciẽ ſui creatoris animus ĩardeſcat: ita ut iam nouerit carnis corruptibilis pondus cum merore portarẽ: ſed deſiderans appetere imaginẽ iudicis. Angelorũ choris ĩtereſſe. Admiſceri cœleſtibus ciuibus. De æterna ſpe in conſpectu dei: & incorruptione gaudere. Huiuſmodi.n.contemplatiõis gradus primus eſt ut mens ad ſe colligat. Secundus: ut uideat qualis eſt collecta. Tertius: ut ſupius ipſa ſurgat: ac ſe contemplationi auctoris inuiſibilis ĩtendẽdo ſubiiciat. Sed ſe ad ſe nullo modo colligit: niſi prius didicerit terrenarũ: atq; cœleſtium fantaſmata ab oculis mentis cõpeſcere. Quicqd de uiſu: quicqd de auditu: quicquid de odoratu: qcqd de tactu: & guſtu corporeo cogitamus eius occurerit reſpuere: atq; calcare. Et ſe talẽ quærat ĩtus q̃lis ſine iſtis ẽ. Et ſic optatũ pficit̃ iuſticiæ.

Capitulũ duodecimũ de tertia beatitudĩe cõcupiſcendi penitentiã. De qua beatus Hieronymus læto animo loquit̃ dicens.

✠

o Penitẽtia rutilãtior auro: ſplẽdidior ſole.

Penitẽtia reſpuit auaritiã: horret luxuriã: fugit furorẽ: firmat amorẽ: odit malitiam. Vnde Gregorius. O penitẽtia miſericordiæ mater: magiſtra uirtutũ. Lapſos releuans: recreans deſperatos. Iam a deo poteſt mereri quod petit. At Iſidorus. Abſtinẽtia uiuificat aĩam: & occidit corpora a carnalibus. Ieiuniũ non ſolum aſt ablutio peccatorũ: ſed exprobratio uitiorum. Non ſolum obtinet ueniã. ſed meretur gratiã. Non ſolum delet peccata præterita quæ cõmiſimus: ſed etiã repellit futura quæ cõmittere poteramus.

Capitulum decimumtertium de quarta beatitudine manſuetudinis. De qua ait Ambroſius ſub cognomine modeſtie.

N modeſtia maxime trãquilitatis animi: ſtudiũ manſuetudinis: moderationis grã: honeſtatis cura: decoris cõſideratio ſpectatur. & quæritur. Tanq̃ ſi diceret. Ille porro manſuetus dici poteſt quem nulla animi uoluptas honoris: aut cupiditatis perturbat. Odium: & zelum: ac inuidie liuorẽ præmit. Manſuetudo. n. moderationis gratia ſenſibus om̃ibus pacem præſtat: ita ut nec ſolatio quærant recreari humano: nec hominum aſpectus: ſiue creaturarũ appetant conuerſationẽ ſenſualẽ: ĩmo ab his fugã: ſeparationẽq;

arripere concupiſcant. Zelator honeſtatū eſt & morū ueraciter manſuetus. Vnde pro delinquē tibus orat: accuratiſſimeq; cum lachrymis nō de ſinit depræcari. Continua deniq; conſideratione ſpectat: quærit quoq; dei decorē: & gloriā: & mē tis ſue puritatē: nec nō & cordis patientiā: & leni tatem. Iuxta uerborꝝ ſentētiā egregii ſanctiq; do ctoris Iſidoris dicentis. Manſuetum diligit dn̄s. Sicut. n. lucifer in cœlo: & ſicut lux in paradiſo: ſic anima mitis: & mens pura. Quantū. n. quis ī lenitate: ac patientia cordis fuerit edotatus: tāto in corporis puritate proficiet.

Capitulum decimūquartum de quinta beatitu dine munditiæ cordis.

Empe hic mūditiā cordis ueraciter habet: qui pacem illam mētis poſſidere nouerit: quā Auguſtinus de uerbis domini dilucide mani feſtat inquiens. Pax eſt ſerenitas mentis: trāquili tas animi: ſimplicitas cordis: uinculum amoris: conſortiū charitatis. Idē. Pax eſt placita cunctis: non quærit alienū: nihil deputat ſuum. Docet a mare: quæ odio ſe nō nouit. Neſcit extolli: neſcit inflari. Hanc ergo qui accipit teneat. Et ſic cordis munditiam optime poſſidebit.

Capitulum decimumquintum de ſexta beatitu dine ſpiritus paupertatis.

✠

St.n.paupertas ſpiritus nihil aliud quidẽ niſi q̃ peroptato aĩo humanã:uanã: ac ſe-cularem corporis & animæ paupertatẽ appetere: humilitatẽ cum deſpectu inquirere. Patientiam in contumeliis alacriter ſufferre. Sũma denique carnis maceratione caſtitatẽ poſſidere:ita ut nec mundi quicq̃ diligat' phaſtus:ſicut honor: & põ pa. Nec non fama quæq;:ſiue utilitas huius mũ deſpiciat' omnino. Tũnc equidẽ illi appropriabi tur præcioſa:præclaraq; paupertas illa: de cuius Bernardus paũpibus chriſti cõmemorat heredi-tatẽ dicens. O præclara hereditas pauperũ: o bea ta poſſeſſio nihil habentiũ. Non ſolum omniũ ſufficiẽtiã nobis miniſtras: ſed ad omniũ gloriã abundas:ad omniũ læticiam redundas. Idẽ in cõ cluſione ait. Qui nihil mundi habet:nihil eſt in mundo q̃d pertimeſcat.

Capitulum decimumſextum de ſeptima beatitu dine orãdi pro inimicis:ex corde:& nõ ſimulate.

Ro inimicis uero orate & dimittere tanta ẽ apud deum gratiſſima uirtus: ut ita Cæſa rius uir ſanctus dicendo audeat cõmendare ean dem. Qui.n.in ſe peccantibus clemẽter indulſe rit:nullũ peccati ueſtigiũ in illius anima remãe-bit. Quanto ergo longe magis uirtuoſum eſſe di

cemus:quum die noctuq; lugere: plangere: & la
chrymari pro ſalute inimicoꝝ non deſinit quis .
Nulli quippe dubiũ ſi rubra forent illius quaſi
cocinum peccata:uelut nix anima eius dealbabi
tur.Sũma etenĩ uirtutũ dicẽda eſt dignitas:qua
dei amore aduerſarioꝝ tela imbribus extinguere
lachrimarũ poteſt.Chriſto domino perſuadẽte :
atq; dicẽte.Orate pro inimicis ueſtris:& bñfacite
his quiuos oderunt.

Capitulũ decimumſeptimũ de octaua & ultima
beatitudine aduerſa tolerandi .

Eatus equidẽ dici homo ille poteſt : iuxta
dei ſententiã:ſiue in terra:ſiue in celis: qui
ſponte:ultro:aĩoq; iucundo:minas:opprobria:
ĩproperia:damna: aduerſaq; duxerit tollerãda .
Atteſtante dño Ieſu chriſto ĩ huiuſmodi uerba .
Beati eritis quũ maledixerint uobis homines: &
exprobrauerint:& abiecerint nomen ueſtrũ tanq̃
malũ:mentiẽtes propter me.Gaudete in illa ho-
ra:& exultate:quoniã merces ueſtra multa eſt in
cœlo.Vnde Paulus.Per multas tribulationes: &
anguſtias oportet nos intrare in regnum dei. In
omnibus tribulationẽ patimur: ſed nõ anguſtia
mur.Appropriamur:ſed non deicimur.Perſecu
tionem patimur:ſed non derelinquimur. Deici-
mur: ſed non perimus . Semper mortificationẽ

Ieſu in corpore noſtro circũferẽtes : ut & ita Ieſu in corporibus noſtris manifeſtet᷑. At hæc omnia tanto libentius tolerant᷑ ab electis: quãto durius loquit᷑. Auguſtinus dum ait. Qui in hoc mũdo flagellari non merebit᷑: ĩ inferno torquebit᷑. Quũ n. a dño flagellamur ſi patiẽter excipimus: & humiliter gratias agimus. ſi mali fuerimus peccatorum indulgentiã accipiemus. ſi autẽ boni æternã beatitudinẽ conſequemur. Ecce iã diximus quæ ſigna: quæ opera: quæ nanq; beatitudines uerã ĩdicant apparitionẽ dñi noſtri Ieſu chriſti. Quãq̃ his etiã ſequunt᷑ & munera ſancti ſpiritus.

Capitulũ decimũoctauum de donis ſpũs ſancti quorum primum eſt donũ timoris.

Imor q eſt non ſeruilis: neq; mercenarius: ſed totus ſimplex : purus: & filialis: ſiue ſponſalis: & fidelis ẽ. Ille quo dilecta ſpõſa chriſti ſuum chariſſimũ amatorẽ nequacq̃ utilitate admittẽda: uel conſequẽda pena timet ſponſũ. Immo dilectiſſimũ & amãtiſſimũ dominũ Ieſũ in timore & tremore cauſa dilectionis amittende ſummopere ueret᷑: ne aliqua offenſione ab ea diſcederet: & ſuũ iam ab illa amorẽ: uiſionẽ: & cõſolationẽ auferret. Qua de re milies magis in die cruciari: & mori uellet: q̃ dilecto ſuo unq̃ in ali-

quo penitus offēdere errore. Propterea ueri ama tores Ieſu chriſti dum hoc peregrinant̃ ſeculo ti ment: affectant dolores: ſubſtinēt & gratulant̃. Iuxta uerba beati Auguſtini dicentis. Apud nos iuxta ſcripturas: ſanamq; doctrinā ciues ſanctæ ciuitatis dei in huius uitæ peregrinatione: ſecundum deū uiuentes: metuunt: cupiuntq;: dolent: gaudentq;. Et quia rectus eſt amor eo℞: iſtas oēs affectiones rectas habent. De dono pietatis. Pietas illa uera ē quæ proximo cōpatiēs: exēplo: oratione: & exhortatione: ac etiā illi ſi ualet ope non deſinit uiam īdicare ſalutis: ac utilitatis humane. More Gregorii dicentis. Offerre quod enī dolorē excipit ī alia neceſſitate crucē portat in mēte. Neq;. n. aliter redemptoris noſtri membra efficimur: niſi īherendo deo: & cōpatiendo proximo. Duobus. n. modis crux tollit̃. Quomō aut per abſtinētiā affligitur corpus: aut per cōpaſſionem proximi affligitur animus.

Capitulū decimūnonū de dono conſilii.

Onſiliū quippe optimū eſt: quod & ſibiipſi quiſq; tradit̃: ſicut & proximo in uitiis euitandis. In educādis moribus: & læto aduerſa animo tollerando. Hoc. n. conſiliū dei ueraciter dici poteſt: cuius meritū permanet in ſeculum ſeculi. More dauitico. Conſilū autē domini manet

✠

in æternum. Et hoc eſt quod Iſidorus in hæc uerba diſponit dicẽs in ſũma. Nulla te ſecuritas deceptum blandiat. Nulla te ſecuritas penitẽtie in temptatione ſuſpẽdat. Inceſſanter in corde tuo ſpes & fortitudo conſiſtat.

Capitulum uigeſimum de dono ſcientiæ.

Cire nanq; potes omniũ ſcientiaꝵ experiẽtiam apprehendiſſe: uẽdicaſſeq; opulẽter omnẽ: qui equanimiter: & ſe in proſperis nõ erigendo: & in aduerſis non deitiendo. Bonos: maloſq; una in deũ nouerit charitate tollerarẽ: quos ſiue uerbo: ſiue exemplo: in moribus: & diſciplina uoluerit edocere. Ait enĩ Origenes. Ille offert ſacrificiũ laudis ꝑ cuius uerbũ: & mores: & diſciplinam laudatẽ: & benedicitẽ deus. Non tam alios docentes q̃ nos inſtructi & rationabiles eſſe debemus. More ambroſii dicentis. Quod. n. locũ ſciẽtie prædicationis ſuſcipit mala inferre nõ debet: ſed ſuſtinere: ut ex ipſa amaritudine irã ſeuiẽtiũ mitiget: & peccatoꝵ uulnera in aliis ipſe afflictionibus uulneratus ſanet. Hæc eſt uera ſcientia & diſciplina ſalutis.

Capitulum uigeſimumprimum de dono ſapientiæ.

✠

Apientia uera profecto dicit᷑ quæ in diuĩs
& ſupercaeleſtibus uerſat᷑. Ex quibus quæ o
culus non uidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs
aſcendir: quæ deus præparauit diligẽtibus ſe: ac
ſpirituali eruditiõe a domino erogãtur. Iuxta Iſi
doris uerba. Omnis homo qui ſecũdum deũ ſa
piens eſt: beatus eſt. Beata uita cognitæ diuinita
tis: uirtus: operis boni eſt. Virtus boni operis fru
ctus æternitatis eſt. Vnde Cypriãus. Quomodo
n. ſapiens: uel patiens eſſe poteſt? qui nec ſapien
tiam: nec patientiã habet. Sapiens ille eſt qui eſt
patiens & mitis.

Capitulum uigeſimum ſecundum de dono intel
lectus.

Ntellectum ſic ſpirituali more capimus:
ut illius oculis diuinitus illuminatis inuiſi
bilia dei penetrar᷑ ualeamus. De quo deus per os
Dauid electis dicere intendebat: quãdo dicebat.
Intellectũ tibi dabo ad inuiſibilia intuendũ: ſine
quo nihil ualidũ: nihil ſanctum. Et inſtruam te
in uia ſpirituali in qua gradieris ad arcem contẽ
plationis. Et firmabo ſtabiliendo ſuper te oculos
meos. i. uiſionẽ diuinitatis meæ oſtendam tibi.
Capitulum uigeſimũ tertium de ſeptimo dono
fortitudinis.

Ortitudinis donū ſpiritualibus a deo elar
girur ad eorum conſtantiā in contēplatōis
labores:& anguſtias ſufferendas fouendū : atq;
fauendū ei. Quā̄q & omnibus præſtaī fidelibus
præſidium nō deſinat accumulatiſſime. Verūtn̄
ſicut ꝓpinqoribus ſpiritibus cherubī:& ſeraphī
qui magis ſplendent:& ardent in conſpectu dei
q̄ ceteri ſpiritus uirtus & dignitas opulentius tra
dita eſt. Sic ſpetialiter electis ad ſūme contēpla
tionis arcem uberius elargit̄ de fortitudinis mūe
re:ad hoc ut pondera ſpūs honeroſa: atq; ſupra
modum grauiſſima facilius tolerāda ſint. Quæ
ſunt abſentia ſpiritus:ſubtractio diuine uiſiōis:
guſtus ſimul & ſuauitatis rerū ſpiritualiū amiſ
ſio. Vnde tali:tantaq; afflictiōe:& anguſtia cru-
ciantur ſponſi Ieſu chriſti:ſuiq; patris æterni: ꝙ
niſi oculta ſpiritus ſancti fortitudīe conſolarent̄
pre triſtitia penitus deficerent:anteq̄ ſol iuſtitiæ
in eorū oriretur iterum cordibus. De qua quidē
abſentia Bernardus aperto ore loquitur dicens.
Non ſine cauſa inuaſit me langor animi:& men
tis hebetudo:inſolita quadā inertia ſpūs. Curre
bam bene: ſed ecce offenſionis lapis in uia impe
gi: & corrui. Superbia inuenta eſt in me: & dn̄s
declinauit in uia a ſeruo ſuo. Hinc illa ſterilitas
anime meæ:& deuotionis inopia quā patior:nec

pungi ad lachrymas queo: tanta eſt durities cor dis. Non ſapit pſalmus: non legere libet: nõ orarẽ delectat. Meditationes ſolitas non inuenio: ideo ad opus manuũ piger: ad uigilias ſomnolentus: ad iram preceps: ad odium pertinax. Lingue: & gule indulgentior: obtuſiorq; ad prædicationẽ. Nam aliũ quidẽ intueor ſingularis abſtinentiæ: alium uero patientiæ admirande. Alium autem ſũme humilitatis & manſuetudinis. Aliũ multe miſericordiæ & pietatis. Illum in contẽplatione frequenter excedere. Hunc pulſare: & penetrare cœlos orationũ inſtantia & cetera.

Capitulũ uigeſimũqntũ primæ ptis tertii libri.

Ecũda uero opportunitas fortitudinis ſpi ritualis eſt ob multaꝶ aduerſitatũ ab extrĩ ſecoꝶ temporalium incurſiones uarias: acerbiſſi maſq;: atq; inſuportabiles oĩno: niſi porro illis deus prouideret & concederet. Fortitudinẽ ſpũs libertatis ab inimicoꝶ inſidiis abſorberent calũ niantes: & perſequẽtes eos uſq; ad mortẽ. Sicut plurimis in pſalmis Flens luctu amariſſimo ſan ctus cecinerat Dauid dicẽs. Et prĩo abſẽtia ſpũs. Deus deus meus reſpice in me: quare me dereliq ſti. longe a ſalute mea uerba delictoꝶ meorum. Deus meus clamabo p diem: & non exaudies: &

nocte:& non ad inſcipientiā mihi. Tu autem in ſancto habitas laus iſdrahel. In te ſperauerūt patres noſtri & liberaſti eos & cetera.

Capitulum uigeſimūſextum de humana pſecutione electorum pro conſeruatione uirtutum & gratiatum. Idem gemens ait.

Aluum me fac deus: quoniā intrauerunt aquæ uſq; ad animā meam. Infixus ſum in limo profundi: & non eſt ſubſtantia. Veni in altitudine maris: & tempeſtas demerſit me. Laborabam clamans: & rauce factæ ſunt fauces meæ. Defecerunt oculi mei dum ſpero in deum meū. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. Confortati ſunt q perſequūtᷣ me inimici mei iniuſte: quæ non rapui tunc exoluebam. Deus tu ſcis inſcipientiā meā: & delicta mea a te ñ ſūt abſcōdita. Nō erubeſcāt & cetera. Non confundantᷣ ſuper me qui quærūt te deus iſrahel. Quoniā ꝓpter te ſubſtinui opprobriū: operuit cōfuſio faciē meam. Extraneus factus ſū fratribus meis: & peregrinus filiis matris mee. Quoniā zelus domus tue comedit me: & opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt ſup me. Et operui in ieiunio animā meam: & factū eſt in opprobrium mihi. Et poſui ueſtimētum meū cilitiū: & factus ſum illis in parabolam. Aduerſum me

loquebant̃ qui ſedebāt in porta monaſterii & ce
tera. Ego uero orationē meam ad te domine tem
pus beneplaciti deus. In multitudine miſericor-
diæ tue: exaudi me in ueritate ſalutis tue. Eripe
me de luto & non infingar. libera me ab his qui
oderunt me & de profundis aquaꝝ. Non me de
mergat tempeſtas aquæ: neq; abſorbeat me pro-
fundum: neq; urgeat ſuper me puteus oſſuum.
Animaduertite chariſſimi quia ad huiuſmodi ꝑ
ſecutiones & anguſtias corporeas: ſpiritualeſq;:
tum quidē a deo: tum a ſpiritibus malis: tū a bo
nis. At etiam tam a bonis q̃ a malis hominibus ĩ
miſſas. More Hieronymi: & Athanaſii: & aliorū
ſanctorū uirorum in huiuſmodi prouintiis exꝑ
tiſſimi. Sic itaq; & uos ſi ſpeciali eritis electōe uo
cati peruenire oportet omnino. Verūtamen ma
nus domini ꝓteget uos donec iuſtificauerit uos.
Poſtremo ĩ fortitudine ſūmaq; cōſtantia ſpūm
libertatis concedet uobis in aminiculū: ſuffragi
umq; ueſtrū. Itaq; & uos una cum ſanctiſſimo
pſalmographo pſalmum hūc confidēter canere
ualebitis, dicendo.

Capitulum trigeſimum de confidentia Dauid.

Ominus illumĩatio mea: & ſalus mea quē
timebo. Dñs protector uitæ meæ a quo tre

✠

pidabo. Dum appropiant ſuper me nocentes ut edant carnes meas. Qui tribulãt me inimici mei ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. Si conſiſtãt ad/ uerſum me caſtra: non timebit cor meũ. Si exur gat aduerſũ me præliũ: in hoc ego ſperabo. Vnã petii a domino hanc requirã: ut inhabitẽ ĩ domo domini omnibus diebus uite meæ. Vt uideã uo luntatem domini: & uiſitem templum eius. Et reliqua uſq; in finem. Vbi ſic concluditur. Expe cta dominum: uiriliter age: & confortetur cor tu um: & ſubſtine dominũ. Vnde Salomon in pro uerbiis. Habe fidutiam in domino ex toto cor/ de: & ne initaris prudentiæ tue. In omnibus uiis tuis cogita illum. Ipſe diriget greſſus tuos. Idem decimoquinto capitulo. Cor hominis diſponet uiam ſuam: ſed domini eſt dirigere greſſus ſuos. Idem paulus ad Romãos capitulo quinto. Qui cunque ſpiritu dei aguntur hi filii dei ſunt. Idẽ inſuper. Si deus ergo pro nobis: quis cõtra nos. Tunc igitur fidutialiter in obſequio Chriſti do/ mini noſtri: & dei noſtri agendum eſt. Dicente propheta. Qui confidit in domino ſicut mons ſion non commouebitur in aeternum.

Secunda pars tertii libri.

✠

I qs aũt his q reformati fuerĩt: & optĩe
ſ iuſtificati : ubi iam hæc & maiora quæ
dici non poſſunt ſigna : ĩmo ut uerius
loquar diuinitus eueniſſe uiderit ſanctitatis indi
tia. Et ꝙ alio ſpiritu q̃ dei omnipotẽtis hæc fieri
iudicabit. Et crimen induxerit: ac ſuſpicans de ge
ſtis tempore iuſtificationis occurſis imponere in
famiã uoluerit: eo ꝙ nõ permiſſione dei credat.
Verũ magis eoꝝ peſſimis operibus peracta ſint.
legat: ĩtelligat: & ſcileat. Hæc Chriſti & Auguſti
ni uerba.

Capitulum primum ſecunde partis tertii libri.

Stote miſericordes: ſicut & pater ueſter mi
ſericors eſt. Nolite iudicare: & nõ iudicabi
mini. Nolite condemnare: & non condẽnabimi
ni. Dimittite: & dimitteť uobis. date: & dabiť uo
bis. Menſurã bonam: & confertã: & coagitatã: et
ſupereffluentẽ dabitur in ſinum ueſtrum. Eadẽ
quippe menſura qua meſſi fueritis remetieť uo
bis. Dicebat autem illis ſimilitudinẽ. Nunquid
poteſt cœcus cœcũ ducere: nonne ambo in foueã
cadunt. Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ perfe
ctus: aũt oĩs erit: ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid
autẽ uides feſtucã in oculo fratris tui? Trabẽ au
tem qui in oculo tuo eſt non uides. Ipocrita eice
primũ trabem de oculo tuo. Tunc perſpicies ut

✠

eitias feſtucã de oculo fratris tui. Hinc igitur beatus Auguſtinus in homelya admonens ait.

Capitulum ſecundum de ſuſpicatione

On ergo reprehẽdamus ea quæ neſcimus: quo animo fiant. Neq; ita reprehẽdamus quæ manifeſta ſunt: ut deſperemus ſanitatẽ: & uitabimus iudiciũ: de quo nunc dicit᷑. Nolite iudicare: ne iudicet᷑ de uobis. Poteſt aũt mouere qđ ait. In quo. n. iudicio iudicaueritis: iudicabit᷑ de uobis. Et in qua menſura meſſi fueritis: in ea metietur & uobis. Nunquid. n. ſi nos ĩ iudicio temerario iudicaueritis: temer᷑ etiã de uobis deus iudicabit? Aut nunqd ſi menſura iniqua meſſi fuerimus: etiã apud deum iniqua menſura eſt unde nobis remetiet᷑? Nam & mẽſure nomine ipſum iuditiũ ſignificatum arbitror. Nullo modo deus uel temere iudicat: uel iniqua mẽſura cuiq̃ reprehendit. Sed hoc dictũ eſt: qm̃ temeritas qua punis aliũ: eadẽ ipſa te puniat neceſſe eſt. Niſi forte arbitrandũ eſt ꝙ iniquitas ei noceat aliqd in quẽ procedit. Ei aũt nihil a quo procedit: ĩmo uero ſepe nihil nocet ei q patitur iniuriã. Ei autẽ qui facit neceſſe eſt & noceat. Quod. n. nocuit martyribus iniquitas perſequentiũ? ipſis autẽ perſecutoribus plurimũ: quia & ſi aliqui eoꝝ correcti ſũt: eo tamen tempore: quo perſequebantur: exceca

bat illos malitia illoꝝ. Sic & temerariũ iuditium plerunq; nihil nocet ei de quo temere iudicat̃. Ei autẽ qui temere iudicat ipſa temeritas neceſſe eſt ut noceat. Iſta regula etiã illud dictum arbitror. Omnis q pcuſſerit gladio: gladio moriet̃. Quã multi. n. gladio pcutiunt: nec tamen gladio moriuntur. ſicut nec ipſe Petrus. Sed ne iſtũ uenia peccatoꝝ talem penã euaſiſſe quis putet̃. Quãq̃ nihil abſurdius q̃ ut maiorẽ putet gladii penam eſſe potuiſſe quæ Petro non accidit: q̃ crucis quæ accidit. Quid ergo aliud dictũ eſt. Omnis. n. qui gladio percuſſerit: gladio moriet̃: niſi qa in ipſo peccato anima moriet̃ quodcunq; commiſerit.

Confutatio temerarii iudicii in uiros electos. Capitulum tertium.

I forte quis diceret euidẽtia quadã diuinã ultionẽ in quodã magne ſanctitatis famæ uiro euentã apparentẽq; dilucide uidere uideor. Eo ꝙ ut a regali quaſi ſolio ad profunda lati ruiſſe ab extrinſeco uideat̃. Non ne illius uiri nequitia; & ſceleꝝ eueniſſe arbitrandũ eſt: Sicut & Pharaoni. Sauli. necnõ Iude. Et aliis q̃plurimis peſſimis uiris accidit: atq; nefariis. Ad quorum quidẽ exẽplum: & ĩpropiũ pp peccata ueniũt aduerſa ſcriptum eſt. Capitulum quartum.

✠

Eſponſio.duplex eſt.n.iudiciū. Ve⁊ uide licet:& temerariū. Verum autē iudiciū nemo putet habere: niſi expertus in his quæ ſupra diximus. Et eruditus a deo:& a natura:ab opere: & officio ſūmopere ſit. Nec minus ſūme charitatis:pietatis: & clementie cognoſcat́ præcinctus: & ornatus. Tūc uero talis(ut puto)uerax iudex: de quo nō uiderit:nec audierit:nec opere niſi bonum conſumatū nouerit. Nullo pacto illius ruine:aut de eo maledicentibus credere præſumet: neq; illis aliquā præſtare fidē uoluerit. Quanq̄ etiā ab extrinſeco fuerit aduerſatus:uel ꝺpulſus. Præſertim quū eum uiderit in patientia: conſtātia:& humilitate roboratū remanere. Sicut Iob uir ſāctus. Tobias:& alii multi:ꝙ a ſuperbis præſumptuoſis:ipocritis: maliſq; hominibus: q̄ aliquando odii cauſa: liuore: & īuidia ducti fuerāt ad temere iudicandū de eis. Iudicare autē in malum tunc nō erit quū in damnationē:deſtructionem:& dei:& ſacre fidei irriſionem quis finierit: uel errore ueraciter diuulgato ī quo aliquē periiſſe:& inordinate uitā finiſſe cognoſcit́: ſi iudicat́ non eſt temerariū iudicium:ſed ratōabile dictū. Verūtamen quoniā iudicia dei abyſſus multa: nequacq̄ adhuc totaliter confirmādum eſt. Sed pie:more Auguſtini dicentis. Male uiuere.& bn̄

mori pium eſt credere : ſed non affirmare.

Capitulum quintũ de malo iudicio.

Alum uero iudiciũ:& omnino temerariũ eſt:quum q̄d neſcimus:nec uidimus a maledicẽtibus tam fortiter corde ſigilamus: ut oẽm charitatẽ:humanitatẽ:& pietatẽ:a pectore penitus expellimus:& animo. Ve ue talibus:qa agũt quod deus Magdalene:quod adultere: quod ue latroni:quoꝝ ei peccata manifeſta fuerant nõ fecit:nec exacerbare eos uoluit:ſed magis ſaluare : & conſolari: illiſq; ſuccurrere propoſuit. Nos ãt perſequimur:& deteſtamur. Immo quod peius: peius nimis eſt. Quia nonunq̄ fratres fratrẽ:filii patres ob temerarium iudiciũ crudeliter inſecuntur. Quũ tamen in opere & uerbo:niſi oĩa bona optimaq; exercuiſſe nouerint. Verũtamen tam maliuolorũ detractionibus firmã præbent fidẽ : ꝙ non ſolum omniũ beneficiorũ ſe ſe ingratiſſimos efficiunt:ſed omnẽ diſſoluunt beniuolẽtiã: charitatẽ dilaniãt. Et ab omni ſe penitus humanitate:& pietate alienant. Ita ut more leonũ rugientium non deſinunt ubiq; in proximũ: & benefactorem ſuum:& eoꝝ ſalutis optimũ dilectorẽ: detrahendo:murmurandoq; ſeuire. Hæc autem iuſtitiæ gratia agere dicũt. Quã quidẽ neq; ſciũt neq; nouerũt eã unq̄:qa iuſtitia uera eſt reddere

✠

pro malo bonũ:non aũt pro bono malũ.Sed di
cunt aduerſitas:& multoꝶ emuloꝶ detractiones
indicãt nobis rei huius ueritatẽ.Heu ceci:heu du
ces cecoꝶ:ignari q̃ eſtis ſanctarũ ſcripturaꝶ.Ani
maduertite miſeri:& uidete quidnam per os pro
phete dicat deus ĩ retributiõibus chriſti ſui:ſuiq;
primogeniti in multis fratribus:qui uiam ueſti-
giumq; illius ſecuturi ſunt.In gaudiũ primo.In
ruinam poſtmodũ.Demũ in reſurrectionẽ diui
ne contẽplationis.Ait.n.deus omnipotẽs ore da
uitico:qui & prophetauit dicens domino.

Capitulum ſextum de promiſſiõe Chriſti ſui fa
cta a deo ad ſanctum Dauid.

Vnc locutus es in uiſione ſanctis tuis:& di
xiſti. Poſui adiutoriũ in potente:& exalta
ui electũ đ plebe mea. Inueni dauid ſeruũ meũ:
oleo ſancto meo unxi eum. Manus.n.mea auxi
liabitur ei:& brachium meum cõfirmabit eum.
Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniq̃tatis
non apponet nocere ei. Et cõcidam a facie ipſius
inimicos eius:& odientes eum in fugã conuertã.
Et ueritas mea:& miſericordia mea cũ ipſo:& in
nomine meo exaltabit᷑ cornu eius. Et ponam in
mari manũ eius.& cetera. Magne dignitatis:ho
noris:ſalutis:& gloriæ. Veraciter gratias:donaq;

promittens:diſtincte:aperte quoq; dinumerat: uſq; dũ ait. Et tronus eius ſicut ſol in conſpectu meo:& ſicut luna perfecta in æternum:& teſtis ĩ cœlo fidelis.

Capitulum ſeptimum.

h Edem remunerationes pollicite ſunt electis omnibus animabus. His maxime q ſpeciali uocatione diuinitus ad diligendũ deũ in reformationẽ ſenſationis:diuineq; contẽplationis uocati & electi ſunt. Quibus una cum Chriſto ſuo poſt uocationis & electionis gloriã: hæc inferius enarranda deus euenire pmittit:tempore iuſtificationis:in maiorẽ quidẽ donum & gratiã conſequendam. Quanq̃ hæc quæ audietis perfecta iã in Chriſto completa ſint:& in omnibus ſanctis. Sic itaq; & conſumenda ſunt in præſentibus: & futuris electis & unitis. Sequit̃ ergo ſanctus propheta Dauid dicens. Tu uero repuliſti:& deſpexiſti:diſtuliſti chriſtum tuũ. Auertiſti teſtamentum ſerui tui:prophanaſti in terram ſanctuariũ eius. Deſtruxiſti om̃es ſepes eius:poſuiſti firmamentũ formidinẽ. Diripuerunt eum omnes trãſeuntes uiam. factus eſt opprobriũ uicinis ſuis. Exaltaſti dexterã deprimẽtiũ eum:lætificaſti oẽs inimicos eius. Auertiſti adiutoriũ gladii eius:& ñ es auxiliatus ei in bello. Deſtruxiſti eũ ab emũ

✠

datione:& ſedem eius in terrã collixiſti. Minora
ſti dies temporis eius: perfudiſti eũ confuſione.
Vſq;quo dñe auertis ĩ finẽ: exardeſcet ſicut ignis
ira tua. & cetera. Vſq; dum cognita huiuſmodi
ruine ſaluberrima utilitate oĩno neceſſaria con/
cludẽs. Et deum benedixit: & poſtulauit Chriſti
aduentũ dicens. Benedictus dñs in æternũ: fiat:
fiat. ſ. quod a deo decretum eſt: & futurum.

Capitulum octauum.

Vnc uero ex uerbis octuageſiminoni pſal/
mi ſequentis: gaudiũ in compunctione renoua
tionis chriſticoli: electiſq;: & unitis oſtendit dilu
cidiſſime. Nam quaſi ore: & chriſti: & fratꝝ ſuo
rum dilectorũ: dauid ſãctus poſt ruinã cecinerat
dicens. Domine refugiũ factus es nobis a genera
tione in generationẽ. Deinde ex correctiõe: iuſti/
ficatione: & pietatis Ieſu chriſti experiẽtia: & dei
æterni potentiã: & humane fragilitatis inopiam
narrat. Donec ſalutifere reſurrectionis electorũ ĩ
renouatione ſpiritus ſancti paracliti exultationẽ
protulit: dicens. Repleti ſumus mane miſericor
dia tua: & exultauimus: & delectati ſumus in oĩ/
bus diebus noſtris. Lætati ſumus pro diebus qui
bus nos humiliaſti: ãnis quibus uidimus mala.
Orat de futuro dicens. Reſpice in ſeruos tuos: &
ĩ opera tua iam optime iuſtificata. ſic etiã dirige

filios eoꝝ.i.diſcipulos: & deuotos eorũ iuſtifica torũ. Et ſit ſplẽdor domini dei noſtri ſuper nos: & opera manuũ noſtraꝝ dirige in gaudiũ & ſalutem: & in præceptis & mandatis tuis.

Capitulum nonum de ſpirituali reformatione.

Einde in ſequenti pſalmo indicat ſigna & dona reformationis: incipiens a confidẽtia & ſecuritate. Quas poſt correptionẽ iuſtificationis electi ſuſcipiũt a deo q hũiliauerat eos: ĩqẽs. Qui habitat ĩ adiutorio altiſſimi: tẽpore magnificationis. in protectione dei cœli cõmorabit̃. pre ſecuritatis: & ſancte ſpei conſtantiã: & fortitudinem. Vnde dicet dño ex feruore dilectiõis. Suſceptor meus es tu: ob demonũ inſidiis. Et refugiũ meũ: ab inimicis meis inanibus. Et qm̃ deus meus eſt fortis: & potẽs: & multus ad ignoſcendũ: ſperabo in eũ. Quoniã ipſe liberabit me ãmodo a laqueo uenantiũ. diuerſarũ præteritarum temptationum demonũ. Et a uerbo aſpo. Imprope rantium: detrahentiumq; hominum. Nunc aũt formã & ordinem dei auxilii: diuineq; protectionis ſue indicat propheta electo: & unito: dicens.

Paragraphus primus de modo renouatõis.

Scapulis ſuis. miſericordiæ: & pietatis: quibus et

✠

rores:& defectus electoꝵ ſuorum tollerat:& ſup
portat. Obumbrabit tibi. Nullum tibi ad mortẽ
ĩputãdo peccatũ:ĩmo uenia: & remiſſiõe obum
bratus. Quia uetus error abiit:gaudiũ iõq; exul-
tabit confidentiæ. Eo ꝙ ſub pẽnis eius ſperabis:ĩ
auſtera.ſ.corporis penitentia:& cõpunctione in
dilectione dei:& in charitate proximi. Ita ut etiã
pro inimicis ipſe mori paratus eris. His equidẽ
penis chriſtũ ad cœlos: cum electis patribus euo
laſſe nouimus. Paulo atteſtante dum ait. Sic o
portuit chriſtũ pati:& intrare in gloriam ſuam.

Paragraphus ſecũdus de uera fide: & credulitate ſcripturarum.

Deinde ſcuto fidei:ſine qua ĩpoſſibile eſt placerẽ
deo. ueritas eius:altiſſimi. circundabit te:in intel
ligentiã:& credulitatẽ ſcripturaꝵ:mandatorũq;
dei:& ſacratiſſime matris eccleſiæ militãtis. Quã
obrem. Nõ timebis a timore nocturno:ex obſcu
ra dubitatiõe damnationis tue:propter abſentiã
ſolis:& lumĩs diuini amoris. Vnde a deo tuo de-
relictum alias penitus te putabas. Sed nunc non
uocaberis ultra derelicta aĩma. E terra tua tui.ſ.
corporis ſenſus bonis:optimiſq; penitẽtiæ:ac de
uotiõis opibus ſimul & uirtutibus ĩhabitabunt
fœliciter exercendo.

Paragraphus tertius de confidentia aduerſus

impugnationes ſuperborum.
Tunc nempe nec timebis a ſagitta uolãte in die: malignorũ hominum: ſuperborũ : & ipocritarũ dicentiũ in aperta perſecutione. Te fore omnino deceptum: quia complacuit dominus in te. Ideo nec etiã timebis a negocio perambulante in tenebris. Ex hoſtibus qui dicunt in ocultis tuis peccata ocultaſſe: quibus nec dum confeſſus: neq; abſolutus es: ut hinc ſũmopere cõfundaris. Tu uero qui tui cordis munditiã: & puritatẽ ex uera cõtritione & confeſſione (deo cooperãte) noueris habere dealbatã. Nullam quippe curã facies de his qui cogitauerunt iniquitates in corde ſuo. Qui cogitauerunt ſubplantare greſſus tuos: & qui abſconderunt ſuperbe laqueum tibi.

Paragraphus q̃rtus de ſecuritate dei ĩ cõfuſiõe.
Sed neq; timebis ab incurſu ſubite confuſionis ita ut quæcunq; bona quæ feceris in malũ ab oĩbus arbitrent̃. Nec propterea timebis a demonio meridiano. Imponenti tibi crimen: calumniaſq; diuerſas multis illuminatas euidentiis iniqtatis Tu autem gaudens gaudebis in domino: & exultabit anima tua in deo tuo. Quia induit te ueſtimento ſalutis : & indumento iuſtitiæ circũdedit te. Et quaſi ſponſum Ieſu chriſti decoratũ corõa dilectionis: diuiniq; amoris implebit cor tuum.

✠

Et quaſi ſponſam exornabit animã tuam moni libus ſuis diuerſarũ ſuauitatum ſpiritualiũ: re/ uelationum: diuinorumq; ſuſurium.

Paragraphus qntus de diſperſiõe detrahẽtiũ.

Quaſobres cadent a latere bonoꝝ operum tuo/ rum corporaliũ, mille detractores. Et a dextris: o ptimarũ uirtutum potentiarũ anime tuæ. Cadẽt decem milia: demones terentes: & ſugerẽtes tibi malum. Ad te autẽ nec unus eorũ appropinqua bit: ad nocendum tibi. Immo ſicut. n. terra pro/ fert germẽ ſuũ. Et ſicut ortus ſemẽ ſuũ germĩat. Sic dñs deus germinabit iuſticiã: & laudem tuã corã uniuerſis gentibus. Veruntamẽ oculis tuis. proprie humilitatis tue nihilũ tuũ conſiderabis: & exaltationẽ tuam in gloriã dei uidebis: in retri butionem peccatorũ hominum: peccatorumq; tuorũ: qui iniuſte iniquitatẽ fecerunt in te. Ideo caput circuitus eorum labor labiorum ipſorũ o/ periet eos. Cadent ſup eos carbones: in ignẽ deus deiitiet eos in miſeriis non ſubſiſtent. Quia uir lingoſus non diriget̃ in terra. Virum iniuſtum mala capient in interitu. Tunc itaq; dices: cogno ui qa fecit dominus iudicium inopis: & uindictã pauperum. Verũtamen iuſti diuq; iuſtificati cõ fitebuntur nomini tuo domine. Et habitabunt recti cum uultu tuo.

✠

Paragraphus ſextus de ſpe diuina in deo ponēda in anguſtiis & tribulationibus.

Quãobrem tu es dñe ſpes mea: in anguſtiis: ĩ in firmitatibus:& in perſecutionibus. quas purga‑tionis gratia mihi omnibuſq; electis tuis euenire permittis ſũma tamen patiētia:& eqtate. Eo ma gis. Qm̃ poſuiſti altiſſimum refugium tuum: mihi in exercēdo læto animo abſq; uana curioſi tate. Opa cuncta miſericordie corporalia:ſimul & ſpiritualia pro remiſſione peccatorum: et gr̃a rum acqſitione. Ideo non accedet ad me malum quod ſuſpicant̃ inimici mei me.ſ.in freneſim ca ſurum:aut in mētis uacilatione: aut ĩ incurabilē egrotationē. Sic nec flagellũ:hereſũ.apropĩqua‑bit:tabernaculo cordis mei:qđ ē camera oĩpoten tis regis. Camera inquã dilectõis Ieſu chriſti dei ueri:ueriq; hoĩs. Qui cõceptus đ ſpũ ſctõ:natus de uirgĩe:mortuus et ſepultus ꝓ hũani gñis redē ptõe. reſurrexit dẽiq; tertia die:ad cœlos aſcēdit: et uēturus ē iudicar̃ uiuos et mortuos. Quiſquis hũc diligit:in hũc et ſãe credit:neq̃q̃ ĩde heretica ualebit nece pir̃. chriſto atteſtãte. Qui credit ĩ me & ſi mortuus fuerit uiuet. Sic uiues et tu ait pro pheta.

Paragraphus. vii. de angelica ꝓtectõe.

Voniam angelis ſuis mandauit deus eruere te de manibus calumniantium

✠

te :ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis. Tam ĩ corporis auſteritate: ſcilentio: & ſolitudine: q̃ in nimia lachrymarũ infuſione ꝓ tuis & amicorũ: inimicorũq; peccatis. Nec nõ pro cunctoꝝ fideli um infideliũq; conuerſiõe:atq; ſalute . Hi etenĩ angeli in manibus diuine gratiæ auxiliis ſuis por tabunt te:ita ut nihil penitus tibi honeris eẽ poſ ſit:neq; graue:aut moleſtũ quicq̃.Quoniã deus tunc locutus eſt in uiſione ſanctis ſuis & cetera. Iccirco. Ne forte tuũ offendas pedẽ: affectionũ tuarũ ſpiritualiũ.ad lapidẽ:dubitationis: uel cõ tradictionis . More Moiſi diffidentis de dei auxi lio.cuſtodient te:in fidutia:& confidentia dei ſũ ma cum humilitate.Quia inueni Dauid ſeruum meum & cetera:oleo ſãcto meo unxi eũ. Vnde ĩ ſpiritu libertatis:in cordis lætitia:animi iucundi tate:& conſolatiõe mentis.Ambulabis ſup aſpi dem.Confundens omnes obturantes aures ſuas ne bona audiant de te. Qui inſidiãtes tibi pedes affectuum tuorũ morſu uenenare cupiũt.Verũ tamẽ manus mea auxiliabit̃ tibi:& brachiũ meũ confirmabit te.Sic ſuper baſiliſcũ. Inuidoꝝ gr̃a rum tuarũ:qui toruo te intuitu oculoꝝ intuent̃ ut confundaris . Sed nihil proficiet inimicus ĩ te & filius iniquitatis nõ aponet nocere tibi.Ambu labis in uera pace:deuotione:& feruore: ad illoꝝ

confuſionē. Quia concidam a facie tua inimicos tuos: & odiētes te in fugā conuertā. At etiam leo nem deuorantiū diuini muneris largitatē. Et ne gantes: & detrahentes apparitiōibus diuinis chri ſti: ſanctorū: aut angeloꝶ ſuorū. Conculcabis: la chrymis & oratōibus tuis. Qm̄ ueritas mea & mi ſericordia mea tecū. Et in nomine meo exaltabit̄ cornu tuū. Nec minus conculcabis deprecationi bus tuis. Draconē: laniantiū uenenatis dentibus famā & gloriā tuam. Et ego ponā in mari famā bonoꝶ operū. Et in fluminibus gloriam dextere gratiarū & uirtutū tuaꝶ. Nā ipſe ĩuocaſti me pr̄ meus es tu deus meus: et ſuſceptor ſalutis mee.

Paragraphus octauus de liberatione per ſpem.

Et qm̄ ĩ me ſperabis liberabo te a pſequētibus et calūniātibus. Et ꝓtegā aīam tuā a tēptatōibus et ĩſidiis inimici. Qm̄ cognouiſti ex dilectiōe nomē meū: qđ eſt bōitas. Et iō ego primogenitū ponā te chriſtū in oībus electis. Et quēlibet reformatū in ſenſationē ponā primogenitū ſup oēs in fide reformatos. Chriſtū uero excelſū pre regibus ter re. Omnis autē reformatus ĩ ſenſatōe. Clamabit ad me. In contemplatiōibus ſuis pro ſalute ſua: et amicoꝶ: inimicorū: et perſequētium cōtritōe. Exaudiā eum. Nam cum ipſo ſum in tribulatōe mētis: et corporis. De qbus eripiā eū ĩ hoc mūdo

✠

Vbi longitudine dierũ replebo eũ : et oſtendam illi ſalutare meũ Ieſum chriſtũ mihi ĩſepabiliter unitum. Pandamq; illi myſteriũ incarnationis : nec nõ in uiſioné diuinitatis mee. Aperiam ei ad huc uiuenti in trinitate et unitate perfecta. Deniq; in uitam æternã ſuper choros angelorũ: ſpirituumq; beatorum glorificabo eum ſimul cum unigenito meo Ieſu chriſto.

Capitulum decimum. Hic finis donorum et gratiarũ eſt ad effectũ præueniẽtiũ. Quorũ quarũq; duratio in pſalmo promiſſionis ſuperius allegato in hæc uerba cõfirmatur. Dum ait propheta.

N æternũ ſeruabo illi electo et unito una cum chriſto meo miſericordiã meam: et teſtamentum meum donorũ: et gratiarũ ſupradictarum. Sãcti quoq; ſpũs uiſitationũ & beatitudinũ omniũ: atq; uirtutũ. Hæc aũt omnia dona erunt ĩ teſtamẽtũ fidele ultimũ et roboratũ ipſi electo: contemplatiuo: ſiue unito.

Paragraphus primus. Hic ponit ſemen chriſti a peccatis ĩ grãm rẽouatis cũ ceteris peccatoribus. Quãobrẽ ut ſupius diximus. Et ponã ĩ ſeculũ ſeculi ſem̃ eius. Sicut apoſtoli euãgeliſte. Velut Petrus : Paulus : Matheus : & Maria magdalena :

✠

atque latro chriſti cum omnibus his:qui per eos diuina ſuccenſi remanſerint:& remanebunt dilectione. Et ponã thronũ eius catholice fidei:quæ ab electis:& unitis firmať:atq; roborať. Sic dies cœli qui nunq̃ deficient:tam etſi dies uenient in quibus in ignẽ purgabũtur tam cœli q̃ terra. Et hoc quidẽ erit in die ultima iudicii. Vbi ĩnouabũtur ſancti:& animæ iuſtorũ in camino purgenť iuſtificatiõis. Quorũ thronus ĩ æterna gloria durabit ſicut dies cœli.

Paragraphus ſecundus. Hic lapſus electorum unitoꝝ:& contemplatiuorũ ponunť cõtra legẽ. Si autẽ filii eius chriſti dilectores: uniti uidelicet & contemplatiui dereliquerunt legem meã generalem:& cõmunẽ mãdatoꝝ dei:atq; poſitiuã ſacre matris eccleſiæ ab extrinſeco homĩe corporeis ſenſibus. Si tamen ſpeciale mandatũ dilectionis in corde ſeruauerint. ſaltẽ in ſindereſim. Quãq̃ ĩ iuditiis meis legũ. ſ. & ſtatutorũ: ac ordinationũ eccleſiaſticarũ:& religioſarũ non ambulauerint. Immo quod maius eſt.

Paragraphus tertius cõtra iuſticias honeſtatis: continentiæ:& fidei ſacramenta.

Si iuſticias meas prophanauerint:ſicut Sanſon cum meretricibus alienigenis. Petrus in errore baptiſmi. At ſicut prænoĩatus de ordĩe prædicatoꝝ

✠

in renegando fidem chriſti: non tamen corde. At etiam ſi mandata mea non cuſtodierint. Non iurandi in uanum. Non blaſphemandi. Sabbata ſanctificandi. Non mecādi. Mortem et rem proximi: atq; uxorē non optādi. Sicut fecerat Dauid ſanctus: qui unitus: et pre ceteris ſanctis noui ueteriſq; teſtamēti contēplatiuus fuerat. Viſitabo in uirga tribulationū: perſecutionum: aduerſitatum: et inualitudinum plurimarꝝ iniquitates eorum ſupradictorum contemplatiuorū. Et peccata eorum quæ ut ſupra tempore iuſtificatōis perpetrauerunt in uerberibus: per ſe: uel ꝑ alios: corporalibus diſciplinis: uel ſpiritualibus anguſtiis ex cōpunctōe lachrymarꝝ: uel ex auſteritate penitentiarū multarum. Ideo ſequit̃. Miſericordiam autem meā nō diſpergā ab eo chriſto meo: cum omnibus filiis ſuis: electis: & contēplatiuis: qbus neq; nocebo ī ueritate mea: qa non ꝑibit capillus de capite eorꝝ. Sicut cōburi nō potuit capillus de capite: neq; de barba pilus illius de ordine antedicto prædicatorꝝ.

Paragraphus quartus.

Continuās auget renouationē: dicens. Neq; prophanabo amplius teſtamentū meum qđ ſupius pollicitus ſum: donorū: & gratiarum ſupradictarum in ſempiternā redemptionē. Ne electi in pollicitatione hāc ambigendi occaſionē haberent ꝑ

ſpūm ſanctum ſuum uerba ſua cōfirmat:dicēs. Et hæc.ſ.uerba quæ pollicendo procedunt de labiis meis non faciā irrita. At ut certius teneat̄: p iuramentū qđ principi:īmo & regi electorū & cōtemplatiuorū promiſerat ſancto.ſ.Dauid:cōfirmat eandē ſeruaturum deus fidē Chriſto ſuo domino ieſu:filiis quoq; ſuis omnibus:dicens.

Paragraphus quintus.

Semel iuraui ī ſancto meo.ſ.nomine: ſiue ī chriſto uenturo. Si dauid mentiar.i.non mentiar:ꝙ ſemen eius.ſ.dn̄s Ieſus chriſtus cum electis ſuis in æternum in me manebit. Iuxta illud. Qui manet in charitate in deo manet & cetera.

Paragraphus ſextus.

Et ideo thronus eius & electorū: contemplatiuorumq;:ſicut ſol in dilectione in conſpectu meo: Et ſicut luna perfecta in munditia cordis in æternum mā̄ebit. Et ego & filius meus Ieſus chriſtus primogenitus in multis fratribus teſtis fidelis erimus in cœlo. Gaudeāt ergo electi:& renouati in fide etiā. Sed longe magis:magiſq; ſpetiali mūere ad culmē:& uocati:& electi diuine cōtēplationis. Qm̄ in cœlo deum & hominē hūane fragilitatis paſſionibus exptum habemus in teſtē fideliſſimū:ꝙ omnes filii dn̄i noſtri Ieſu chriſti ī dono dilectionis concepti:ſi đreliquerīt diuina præ

✠

cepta:aut communes leges:& poſitiuas tempore iuſtificationis. In tempore magnificationis: & renouatiōis iugo corripient̃ ſuaui in lachrymis cō-punctionis:ſiue in leuiſſimo onere aduerſantiū: uel infirmitatū:ſiue auſteritatū penitentiarum. Huiuſmodi.n. electis thronus in cœlo tempore glorificatiōis una cum Chriſto paratur. Sicut ſol ſplendidiſſimus radiis micans lucidiſſimis in cōſpectu dei:& animæ eorum perfeetæ diuino candore perfuſe:ſicut luna perfecta in pulchritudīe ſua erunt.

Tertia pars de repetitione iudiciorum temerariorum in expertis electis ſpecialiter: & contemplatiuis. Et de cognitione uerarum:& falſarum uiſionum ſpiritualium.

n Ec miremini:neq; temer̃ amodo iudicare præſumatis fratres paſtorū ſpiritualium:& prælatorū expertorū: & cōtemplatiuorum uitam in malum: præſertim quum uirtutum in eis opera concerni poſſint. Nam et ſi nonnunq̃ cadere uideant̃ a conſpectu hominū per infamiā:ſiue uerum:ſiue mēdatium ſit: chariores ſunt æterno patri cæteris actiuis.

Capitulum primum de imitatione chriſti.

Mnis enim ſingulari uocatione & ſpeciali electione a ſpiritu ſancto tractus conformis efficitur ſaluatori: in improperiis: & perſecutionibus: detractionibus: & anguſtiis. Et ſepius ex lapſu & defectu ipſorum ne æquari ſe ſe ualeant perfectiõi domini noſtri Ieſu chriſti dei ueri: & ueri hoīs in quo nulla omnino: nulla quoque penitus reatus macula fuit: nec alicui occaſionē ſcandalizandi dederat unq̄. Nõ autem ſic in electis: & ſanctis. Immo ut Ioannes teſtatur ſicut alias diximus. Et ſi dixerimus non habere peccatum & cetera. Ergo neceſſe eſt ut tum iuſte: tum ue minus iuſte omnino ea pati & ſuſtinerẽ aduerſa: quæ de eo duce & ſaluatore noſtro in ſapiētiæ libro per Salomonem fuerant prophetata.

Capitulum ſecundum de experimento tribulationum.

Ane ſane quicunq; per ea non diligenter fuerit monitus & eruditus ī humilitate: et perfecta patientia: & optima emendatione. Oīs deuotio: omnis feruor: omnis ſiue uiſio: aut apparitio: guſtus. Vel ſpiritualia ſentimenta ſuſpecta omnino ſunt: Nam aut a malo ſpiritu cauſa decipiendi offeruntur: ut inde inaniter glorient̃. Et hoc cognoſci poteſt cum fama ſine operibus

abundanter acquiritur. Et maxime quõ abſque ulla emendatione: & ulla correttiõe ad finem ſuam deduxerit uitã. Si uero huic uiſio ſiue apparitio adeo fuerit magis ad confuſionẽ: & ruinã: & damnationẽ illius: & ſimilium ſuorum erit. Ideo de Salomone dubitať. Quia poſt uiſionem dei: & promiſſa pro erroribus: & præuaricationibus ſuis: neq; emendationẽ: neq; in aduerſis correctiõem aliquam audiuimus. Sed pacificum regnum ſuſcipiens: humanã uitam etiam in pace finiuit. Non enĩ pſalmographus ſanctus Dauid ſic. Sed diligenti correctione in quocunq; errore ſuo monitus cõſequebať emendatio. Et ſic uſq; ad canos emendatus gloriam meruit: & ſalutem in finem. Itaq; quos per uiam procedere Dauid uideritis: & uerba: & eorum monita reuerẽter: fideliterq; ſuſcipire. Sicut uerba eiuſdẽ ſancti dauid: & Pauli apoſtoli q poſt uiſionẽ correctiõem ſuſcepit cum optima emendatione.

Capitulum tertium de uia ueritatis Ieſu chriſti. In qua pfecti ab impfectis dilucide cognoſcunť.

a It enim dominus. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen uitæ. Tenebre eqdẽ ſunt gaudia: honores: ac mũdi

huiuſcemodi dignitates. Lumen autem rutilans more ſolis cœleſtis: aduerſa: tribulatiões: & martyria ſunt. Quãobrem Salomon in libro ſapientiæ: quibus chriſtus radiis micaturus fuiſſet ut ĩ exemplum illa nobis ideſt electis in lumẽ æterne uitæ daret prophetauit: increpans impios: ac perſecutores chriſti: & electorũ ſuorum. Quorꝝ quidem aduerſariorũ uerba nequiſſima hæc ſunt: quæ cotidie effectum ſuum exercere non deſinũt in perfectos: & ſanctos. Sicut in tota domini noſtri Ieſu chriſti uita optime fuerat cõſumatum. Dicentes auctores paſſionis tam chriſti q̃ pediſecorum & imitatorum eius.

Capitulum quartum ex libro ſapientiæ Salomonis uerba: & effectus impiorꝝ. Capitulo ſecundo.

Pprimamus pauperem iuſtũ. Chriſtũ ſcilicet: & electos iuſtificatos. Et non pcamus uidue: quæ animas iuſtorũ indicat: quæ quaſi uidue in abſentia ſponſi ſui cruciantur. Vnde dominus dixerat. Triſtis ẽ anima mea uſq; ad mortem. Item: Pater mi: pater mi: quare me dereliquiſti? Nec ueteranos. Antiquos ſpirituales: & expertos uereamur. Nec canos multi temporis: In dilectione dei perſeuerantes honoremus. Sit autem fortitudo noſtra lex iniuſticiæ: quia quod infir-

mum eſt inutile apud ſuperbos inuenitur. Sicut uita iuſtorum quæ in improbis infirma apparet & inutilis : prout in ſequenti capitulo haberur. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & nõ tanget illos tormentũ mortis. Viſi ſunt oculis inſcipiẽtium mori: illi autem ſunt in pace. Et illud. Arbitramur ꝙ uita eorum eſſet inanis: & ſine honore & cetera.

Paragraphus primus.

Circũueniamus ergo iuſtum: ſiue iuſtificatum: quoniã inutilis eſt nobis. Eo ꝙ contrarius eſt opibus noſtris: pertinacibus: & præſumptuoſis. Et ĩproperat nobis peccata legis: quæ ultro agimus: & quæ in aliis iniuſte arguere conamur. Et ideo diffamat in nos peccata diſcipline noſtre. Diuerſarum ſcientiarũ ad dilectionem dei non pertinẽtium: ſed magis ad arrogantiã & inanem gloriã acquirendã. Ipſe enim promittit ſe ſcientiã habere: ſpiritualem: nec nõ diuinam. Et filium dei ſe nominat: ex contemplatõis familiaritate. Factus eſt nobis in traductionem cogitationũ noſtrarꝝ. quæ in ambitione regnandi. Hocq; in humanis opibus ſeculo inaniter huc illucq; diſpergũtur. atq; diſcipantur. Ideo grauis eſt nobis ad audiendum correctiones illius.

Paragraphus ſcđs.

Etiam grauis eſt nobis ad uidendũ: exemplum ĩ emendationem iuſtificationis ſue: in humilitate

& optima pacientia. Quoniā diſſimilis eſt aliis: actiuis. uita illius: in auſteritate: in deuotiōibus: ſcilentio: & ſolitudine. Et īmutate ſunt uie eius: ſcilicet actiue uitæ: quia ad uiam ſpiritualē: & diuinam ſuperne tontemplationis conuerſus eſt. Vnde tanq̄ nugaces exiſtimati ſumus ab illo: ex pertinacia: & arrogātia noſtra. Quaſobres abſtinet a uiis noſtris: detractionū: murmurationū: ac proximorum: & prælatorum perſecutionum: tanq̄ ab īmunditiis. Quæ non ſolum immunditiæ ſūt: ſed pernitioſa ſūmopere extimant̄ apud deum. Et profert nouiſſima iuſtorum: per exempla patrum per miracula ſanctorū terrens: & arguens per uerba & auttoritates doctorū: in parabolis: ac ſcripturis. multiſq; modis non deſinit īperitiam increpare noſtram.

Paragraphus tertius: ubi ea ponuntur hic mirabilia quæ oſtendit deus dilectis ſuis in contemplationibus ſuis.

Et gloriatur patrem ſe habere deum. Et eū in humanam propriis uidiſſe oculis effigiem teſtatur: & domeſtice: fiducialiterq; ſæpiſſime in ſpiritu aliquando loqui cum patre in diuinitate. Aliquādo cum filio in forma chriſti: aliquando in intuitu ſanctiſſime trinitatis. p. fi. &. s. ſancti. Crebroq; beatam in ſpirituali uiſione uirginem dei ſpō

✠

ſam:& matrem ſaluatoris cernit:ei quoq; alloq̃r hortatur. Multotiẽs uero pater in diuinitate: filius in humanitate indicibili:modo una cum glorioſiſſima uirgine matre ad illius ſpiritualem uiſitationem uiſionem ſuam in caſtis offerũt oſculis:et amplexibus. Multa quoq; infinitæ admirationis:& ſtuporis diuina electi ad contẽplationem. Et in charitate uniti poſt iuſtificationem: guſtant:ſentiunt:cernunt de bonitate: & miſericordia dei:quo diuino gaudio:& lætitia fruunt̃. Quãobrem nonunq̃ ſuper mirabilibus his confortati pro omnibus peccatoribus mortem:& penas pati poſtulant in eorum ſalutẽ. Quanq̃ ab in expertis:uanis:& ſenſualibus:aut in ridiculũ: aut magis in diabolicam exiſtimant̃ deceptiõem oĩa huiuſmodi ſpiritualia: dona quoq; diuina.

Paragraphus quartus: qualiter permittit deus per malos:& iniquos electorum gratias experiri: ut experientia agnoſcantur:dicentes.

Videamus ergo ſi ſermones illius quibus nobis predicar̃ ſolebat de moribus:uirtutibus:& obſeruãtiis multis:nec nõ in ſuis conſcripſerat codicibus:ac libris:ſi ueri ſunt. Tẽptemus quæ uẽtura ſunt illi:qualiter uidelicet electus ſe habebit in pſecutiõibus:& in opprobriis. Sicut dixerat ſatan ad deum aduerſum Iob. Tange eum & cetera.

Et ſciemus quæ erūt nouiſſima illius. Nam ſi ut putamus confuſus: conſternatus: ad ſtridores ſe ſe: uel ad iracundiam: odium: & uindictæ liuorē impetuoſe conuerterit. More Eſau contra Iacob fratrem ſuum propter primogenita eius: tūc apparebunt dilucidiſſime nouiſſima illius: & finis damnationis. At tunc dicemus deceptum ſicut Eſau eſſe.

Paragraphus quintus de certitudine uiſionum & gratiarum ſpiritualium: & contemplatiuorū. Si enim uerus dei filius eſt ſuſcipiet illū: et liberabit eum de manu contrariorū. Duo etenim inditia ſunt quibus electi a reprobis: et ſpirituales a ſuperbis: et contemplatiui ab actiuis dilucide poſt lapſum cognoſcunt̃. Primū quippe electos in tēpore correctionis deus ſuſcipit ſtatim in protectionem confidentiæ ſue: ita ut dicant. Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo. Deinde tantum eos in ignem dilectionis ſue accēdit: ut audeant deum appellare ſibi in patrem ī diuinitate: & eiuſdem altiſſimi humanitatem in ſponſum: & amatorem eliger̃. Vnde fiducialiter dicat omnis electus. Dominus illuminatio mea: & ſalus mea quem timebo.

Paragraphus ſextus de ſecundo inditio.

Secundum uero inditium eſt quum dominus li

berat eos de manibus aduerſariorum ſuorum: ita ut animabus nequaq̄ nocere ualeant: neq; in aliquo penitus poſſint contriſtari: ſed magis in penis & tribulationibus lætantur: & gaudent: dicens quilibet eorum. Dominus regit me: & nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit. Collocat deus animas iuſtificato℞: & iuſto℞ in optima pace mentis: ceſſantq; fantaſmata omnium uanitatum: ita ut libero animo ualeāt de deo cogitare: meditari: & cum gaudio in eum contépla ri. At hinc ſpiritum libertatis acquirūt: ut nulla poſſit infirmitas: nulla aduerſio: nullaq; tentatio in aliquo uexari: quoniā mundi corde a deo facti ſūt. Quare dicere audēt. Paragraphus ſeptimus de mūditia cordis: & charitate ꝓximi. Paratum cor meū deus: paratum cor meū: cantabo & pſalmū dicam domīo. Hinc etiam charitas dei: & proximi acquirit̄ ab eis per ſpiritū ſanctū: qui non permittit tela aduerſariorum ad eorum corda deſcendere: ne confundantur. Verum magis in malignorum retorquentur pectoribus ad perdendum animas eorum: & corpora. Sed iuſti in perpetuum uiuent: & apud dominū eſt merces eorum: & cogitatio eorum apud altiſſimum. Vnde quilibet iuſtificatus una cum ſancto rege iam emendato: atq; optime correctione diuina

monito ſancto Dauid dicit audacter. Virga tua: & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Quia pa raſti in conſpectu meo menſam: ſcilicet charita/ tis aduerſus eos qui tribulant me.

Paragraphus octauus de tormento iuſtorum & contumeliis electorum in probatione eorũ. Contumeliis: et tormento interrogemus illum: ut ſciamus reuerentia illius: & probemus pacien tiam eius. Tria enim ſunt tela malignantiũ: qui bus pacientia: & reuerentia ſanctitatis perfecto/ rum: & contemplatiuorũ experiuntur. Telũ lin/ gue. Telum inſidiarum. Telum deniq; offenſio num. Primum quidem telum lingne in cõtume liis: & detractionibus diſſoluitur in ſcuto fidei iu ſtorum. Telum inſidiarum in galea ĩpenetrabili fortitudinis: & confidentiæ dei ueluti ſtipula frã gitur: cõminuiturq;. Tertium quidẽ telum offẽ ſionum in damnum uertitur: uel ſpirituale: uel corporale hominum bonorum: deuotorum: ſan ctorumq; uirorum. Damnum quippe ſpirituale eſt quantũ ad amiſſionẽ fame temporalis: eccle/ ſiaſticorum officiorum: & dignitatum. Damnũ uero corporale: quod tormentum dicitur penitẽ tiarum diuerſarum damnationes ſunt: & ſenten tie in electis ab impiis: uel iniuſtis iudicibus illa/ te. Et ideo ſcriptũ eſt. Contumeliis: & tormento

✠

interrogemus illum.ſ.electum:unitum:& con-
templatiuum:ut ſciamus reuerentiam eius. Nã
ſũmo honore: ſummaq; dignitate uenerãdi: ha
bendi quoq; ſunt electi:non ſolum qui iniuſte:
immo & qui propter iuſtitiam perſecutioné pa-
tiuntur. Nam per iuſtificationé tormentorum
antedictorum:beati a domino nominant̃. Quã
to ergo magis beatiores fuerint præfati uiri:quũ
quod ſequitur patienter tollerant.

Paragraphus.ix.đ morte corpali:uel libertatis.
Duplex eſt enim iuſtificotorum mors. Mors.ſ.
carceris:aut abiectiſſime ſeruitutis:captiuitatis:
ſiue egritudinis:qua omniũ membrorũ uires in
curabiliter amittuntur. Mors deniq; corporalis
illa eſt quæ in tormentis diem claudit extremũ.
Sicut dominus inclinato ĩ cruce capite expirauit.
Itaque martyribus ſuis dicit. Vos qui ſecuti eſtis
me in huiuſmodi genere mortis temporalis: ſe-
debitis ſuper ſedes iudicãtes duodecim tribus iſ
rahel:propter eorum pacientiam. De qua dictũ
eſt per Salomonem: tanq̃ ab impiis perſecutori
bus chriſti:& electorum: martyrumq; ſuorum.
Et ut probemus pacientiam eius: morte turpiſſi
ma condemnemus illum. Erit enim reſpectus ei
ex ſermõibus illius. Quoniam per uerba quæ in
tribulationibus:aut tormentis: & in morte pro-

✠

feruntur: cordis: & animæ pacientis uirtutes dilu
cide cognoſcuntur. Nam qui de electis eſt: exem
plum ſuiq; ducis mores ſeruat Ieſu chriſti in mā
ſuetudine: pro perſecutoribus orando accuratiſ
ſime. Iuxta uerbum domini dicentis: atq; proto-
martyris ſui. Pater ignoſce his: quia neſciunt qd
faciunt. Et Stephanus. Domine ne ſtatuas illlis
hoc peccatū & cetera. Qui uero de præſcitis ſunt
in eorum contumelioſis uerbis concitatos aīos:
corda quoq; ueneno iracundiæ uulnerata patefa
ciunt. Cum minime ocultare ualeāt ab extra qđ
intus odium conceperant. More Auguſtini de fi
de ad Petrum. Obdurate uiuit ſiue qui non con-
uertitur deſperans de indulgentia peccatorū ſuo
rum. ut Iudas: & Cain. Siue qui ſic de miſericor
dia dei deſperat: ut uſq; in finem uitæ præſentis
in ſuorum criminū peruerſitate permaneant: ſi-
cut Pharao rex ægypti. De cuius ſimilitudine ob
durati cordis Bernardus de conſideratione ait.
Quid eſt cor durū: ipſum eſt quod nec compun
ctione ſcinditur: nec pietate mollitur: nec moue
tur præcibus: minis nec cedit: flagellis durat. In-
gratum ad beneficia. Ad conſilia infidum. Ad iu
dicia ſceuum. Inuerecundum ad turpia. Impaui
dum ad pericula. Animaduertite chariſſimi: con
cernite obſecro quid intereſt inter electoꝶ affatū

& iniquorũ procacitatem uerborum. Quis ergo per hæc haud ſe ſe noſcere optime ualebit īditia. Omnis quippe: niſi inſanus: aut demens ſit. Nã qui in pace conſeruatur a domino in aduerſis: & in morte: ab eodem quidem ſciat miſericorditer gratiam illam recepiſſe. Nec inde uirtuti ſue penitus aſcribere audeat. Iuxta illud Pauli. Quid habes quod nõ recepiſti. Qui uero ab iracundiæ indignatione in afflictionibus continere ſe non poſſe cognouerit: deum de ſeueritate: aut partialitate nec præſumet accuſare. Quoniam malitia hominum in ſe dei æterni irritat iuſtitiã. Vnde obdurantur corda peccatorũ. Cum Ioannes chriſoſtimus in titulum poſuerit cuiuſdam opuſculi ſui. Nemo leditur niſi a ſemetipſo. Idcirco uiri impii: & obcecati a malignitate hæc praua peruerſorum inditia in perfectis: ſpiritualibus: atq; cõtemplatiuis uiris exiſtimãt reperiri. Quapropter quaſi ex illo malignorum rex Salomon ſuperius allegata uerba pronuntiat: & dicit. Et ut probemus pacientiam eius morte turpiſſima condemnemus illum. Erit enim reſpectus eius ex ſermonibus illius. Sequitur.

Paragraphus decimus de increpatione errorum malignantium.

✠

Hæc cogitauerunt & errauerunt. Excecauit enim illos malitia eorũ. Et neſcierunt ſacramenta dei: quæ diuinitus in electis: & ſanctis operari ſolet. Neq; mercedem ſperauerunt iuſtitiæ: quam auferre in dies ab ſeuiſſimis conſueuit uiris omnipotens. Nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum ſeruorum: immo magis filiorum domini noſtri Ieſu chriſti. Quoniam deus creauit hominem inexterminabilem. Et ad imaginem ſimilitudinis ſue fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introuit in orbem terrarum. Imitantur autẽ illum qui ſunt ex parte illius. Viri. ſ. impii ac ſeui corde: q nõ ceſſant detractõibus: cõtumeliis: plagis: atq; flagellis ſpirituales expertos: patreſq; contẽplatiuos pſequi: ac uexari: uerbo: ſcripto: & opere. Sicut iudei ĩ domino: omni amiſſa pietate experientes errauerunt. Quid autem uir ſenſatus agere debeat ĩ huiuſmodi rei prouincia Eccleſiaſtico uolumine dilucide deſcribitur.

Capitulum quintum de moribus prudentum: ex doctrina ſapientis.

Ili in manſuetudine opera tua perfice. Et ſuper omniũ gloriam diligeris. Quanto maior

es humilia te in omnibus:& coram deo inuenies gratiam. Quoniam magna potentia dei ſolius: & ab humilibus honorat̃. Altiora te ne quæſie/ris. Et fortiora te ne ſcrutatus fueris. Sed quæ præcepit tibi deus illa cogita ſemper: & in pluri/bus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enī tibi neceſſariũ ea quæ abſcōdita ſunt uidere ocu lis tuis. Inſuper uacuis rebus noli ſcrutari multi pliciter. Et in pluribus operibus eius non fueris curioſus. Plurima ſuper ſenſum hominũ oſtẽſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpitio il lorum:& in uanitate detinuit ſenſus illorũ. Cor durum male habebit in nouiſſimo.

Capitulum ſextum unde procedunt omnia ma la mundi: & aduerſitas iuſtorum.

Voniam quidem omniũ malorum ſeueri tas a peruerſitate linguarum procedere ui/deatur in orbem. Quod de tertiæ lingue pernitie dicat eccleſiaſticus: hic inferius diſtincte indica/re decreuimns. Vt quiſquis intollerandum uita re illius iugum ualuerit patienter: cœlorum re/gnum cognoſcat uendicaſſe. Quamobrem q̃ de teſtandum ſit aures huiuſmodi uelle acōmodar̃ tertiæ lingue:aut eam aculeatam præparare fau/

cibus : per Salomonis increpationē hic prope noſcere poterimus. Lĩgua tertia mulieres irritas eiecit: & priuauit illas de laboribus ſuis. Qui reſpicit illam non habebit requiem : nec habebit amicum in quo requieſcat. Flagellis plaga liuorem facit. Plaga autem lingue cõminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladii: ſed non ſic quaſi interierunt per linguam ſuam. Beatus qui tentus eſt a lingua nequam : & qui iracundiam illius non tranſiuit. Et qui non attraxit iugum eius. Et in uinculis illius non eſt ligatus iugum illius. Iugũ ferreum eſt: & uinculum illius uinculum æreum eſt. Mors illius mors nequiſſima: & utilis potius inferus q̃ illa. Perſeuerantia illius non permanebit : ſed obtinebit uias iuſtorũ: & in flamma ſua non comburet iuſtos.

Capitulum ſeptimum & ultimum de concluſione totius operis.

Cce iam dilectiſſimi mei: ecce chariſſimi ad illum opuſculi huius noſtri me perueniſſe noueritis finem : quem a primordiis libri pollliciti indicaturos fuimus. Iuxta explanationē tituli

uniuerſi operis huiuſmodi dicentis . Noſce te : cum ſcriptum ſit . Noſce te ſi uis tognoſcere deum . Nam qui ſe ſe non nouerit deũ minime recognoſcet . Sic minus autem ſe illius ſeruãdum monita præbebit. Igitur aduertendi: noſcendiq; in quocunque ſtatu: actiue: ſiue contemplatiue uitæ ſit homo nornam ĩdicaturum: ſiue ad memoriam reducturũ: chariſſimis meis ipſum conſtitui. Ne quis ultra ſe: & ſupra ſciẽtiam ſuam: atq; gratiam animo in prælatos expertos: ſpirituales patres: uiroſque contemplatiuos: improperiis: detractionibus: nec nõ iniuriis multis inſurgere præſumant. Verum magis quilibet ſuo conſiſtens gradu: propriam humiliter: deuotæque uendicare ſalutem inquirat . Nequaquam autem maiorum: ac ſpiritualium: qui ſuorum facinorum: inimicorumue maculas accuratiſſime lugent: uitam quiſquã temere iudicare audeat. Cum conditoris iudicia abyſſus ſint multa. At quia etiam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum . Ideo cauenda ſolerter eſt omnis murmuratio: omniſque detractio penitus inaudienda . Cum inde uenenum: uirus quoque aſpidis inſanabilis euomatur in pios: pacificoue patres: parentes . Atque proximos .

✠

Qui quidem uenerandi magis: immo & colendi
ſunt. Quoniã iſti ſunt qui de magna euaſerunt
tribulatione: & anguſtia: & in optima mentis pa
ce conſtituti: & animo perſeuerant. Malignis au
tem & de impiis per pſalmiſtam dicitur. Om̃es
declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt q
faciat bonum: non eſt uſq; ad unum. Sepulchꝝ
Patens eſt guttur eorum: linguis doloſe agebant
uenenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorũ os
maledictione: & amaritudine plenum eſt: uelo-
ces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.
Cõtritio & infœlicitas in uiis eorum: & uiam pa
cis non cognouerunt: non eſt timor dei ante ocu
los eorum. Non ne cognoſcent omnes qui ope-
rantur iniquitatem: qui detractionibus: & perſe
cutionibus ſuis deuorãt plebem uirorum electo
rum: & perfectorum: ſicut eſcam panis. Contra
ſententiam apoſtoli dicentis. O altitudo diuitia
rum ſapientiæ: & ſcientiæ dei: q̃ incomprehenſi-
bilia ſunt iuditia eius: & inueſtigabiles uie eius.
Quis enim cognouit ſenſum domini: aut quis
conſiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi: et
retribuetur ei. Quoniã ex ipſo: & per ipſum: &
in ipſo ſunt omnia. Ipſi honor & gloria in ſecu
la ſeculorum. Amen.

✠

E quis ab ea ipſa intentione qua a princi-
pio uoluminis huius omnium ſacrorum doctorum diligentiſſime correctioni ſubiugaui om̃ia: ac ſingula: quæ hoc opuſculo dictitaueri͂: conſcripſerim ue: alienaſſe me putet. Eandem opinionem: ĩtentionem: firmiſſimum quoq; animum colla humiliter a deuotæ iugo correctionis: & emendationis ſubiicere ſanctæ matris eccleſiæ: eiuſq; catholicis: ac fidelibus doctoribus affirmo: ratum inſuper conſtituo. Quoniam quidem nil aliud penitus credere ſeu ſentire unq̃ putaui: aut decreui: q̃ id quod glorioſa iubet fides catholica obſeruari. Quum me chriſtianiſſimũ eſſe profitear: meo quoq; uexillũ ſãctiſſime crucis fronte impreſſum haber̃. Corde autem dominum Ieſum chriſtũ crucifixum ſigillatum geſtare fateor. Nam ipſe liberauit me de laqueo uenantium: & a uerbo aſpero: & a lingua doloſa. Quanq̃ maximum me cognouerim peccatoré.

Actum hoc opus ex inclyta: atq; famoſa officina Nicolai Ienſon Gallici: olympiadibus dñicis. Anno uidelicet. M. cccclxxx. q̃rtas klẽdas Iulias.

Liber qui intitulatur Corona ſenum.

d Vm mẽs hũana ueluti rota uelociſſima quæ a rapidiſſimo ãnis curſu uoluitur malaꝝ cogitationũ ꝓhibere uagatõem nequacq̃ ualeat: niſi a bonis cogitatiõibus ſũma cũ diligentia repreſſa fuerit. Hãc uobis induſtriã dilectiſſimi in Chriſto filii uarias depellendi aĩ ꝑturbatiões. (Quæ quidẽ mentẽ ueſtrã omnipotẽti deo iam ſincere dedicatã exagitare poſſẽt) ordĩe quodã ualde cõmodo: ſtiloq; facillimo. Breuiſſime tamẽ oĩa ſcribere curauimus. Sed qm̃ triplex a ſacris doctoribus mũdus conſcribit. Artipicus uidelicet. Macrocoſmus. Et Microcoſmus. Ab artipico q̄ eſt deus narratio noſtra ſumet exordiũ: & in triplex iudicium ſuum finem imponet.

De artipico.

d Iuinarũ humanarũq; rerũ profecto dñm cõditorẽ fuiſſe nouimus. Vnicum in eſſentia. Trinũ in perſonis. Patris: filii: & ſpũs ſancti. Vnũ principium: cuius eſſentia eſt equalitas: & diſtĩctio ꝑſonaꝝ. Immenſa: infinita: incõprehẽſibilis: ĩconſcriptibilis: æterna: incõmutabilis: ſimplex: excellens: atq; ineffabilis. Qui deus magnus & oĩpotens: in principio creauit cœlum: & terrã. Terra

autē erat inanis:& uacua. Et tenebre erant ſup fa
ciem abyſſi : & ipſe ſpūs dn̄i ferebat̄ ſup aquas.

h Vnc quidē omnipotens deus cuncta crear̄
diſponens: prima die dixit. Fiat lux : & in
ictu oculi facta eſt lux: quæ nubes lucidiſſima di
citur: qua mundi ſuperiores partes illuminant̄.
Quā quidem lucē nōnulli dicunt angelicā fuiſſe
naturā. De qua Lucifer cæteris pulchrior creatus
eſt. Deinde non mediocri cum parte illorū pp ſu
perbiam ab archangelo Michaele in centrū terre
proiectus. Verūtamen alii eorꝝ in calginoſo aere
remanſerunt: ubi grādo: fulgura: tempeſtateſqꝫ
generant̄. Alii ī terra ſunt humanū genus tēptan
di gratia. Vt ſunt illi qui unicuiqꝫ mortaliū ſpe-
cialiter dati ſunt ad ſuggerendū mēti: & corpori
diuerſas tēpeſtates. Cæteri uero maligni ſpūs cū
Lucifero in infernū truſi ſunt. Bonos aūt & fide
les ſpiritus: in non peccandi āplius gratia confir
matos: in tres hierarchias diuiſit deus. Quarum
alia ſuperior. Alia media. Alia inferior dicit̄. Su
pior ē.ſ. Seraphin. Cherubin. & Tronos: ad tria
exercenda officia poſuit.

De Cherubin.

Cherubin officiū eſt in deo lucere: & homines ad
ſūmū bonum adducere.

De Seraphin.

Seraphin officiū eſt tā ſeipſos q̄ hominū corda

in dei amore ĩflãmare. De Tronis.
Troni tanq̄ dei ſedes officiũ habẽt: de iuſticia: & magnitudine dei gloriari: ac humão generi uere ſubiectionis: & humilitatis modum impartiri.

De hierarchia media.

Hierarchia media tria tenet officia. Dominationes. Principatus. & Poteſtates.

De Dominationibus.

Dominatões ſpiritus ſunt: q officio ſuo cæteros inferiores regunt: & dirigunt in uoluntate dei. Dãtq; prælatis ſeculi normã: & grãm a tẽptatiõi bus ſubditos liberãdi. De Prĩcipatibus.
Principatus officiũ eſt: ĩferioribus ſpiritibus præbere uirtutem ad eorum officii expeditionẽ: atq; orbis prĩcipatus regere habet: quibus ſubditi ceruicẽ deo ſubiicere uelint. De Poteſtatibus.
Poteſtates ãgelos in diuina potẽtia roborãt: & demonũ uires reprimũt. Alleuiantq; temptatiões.

De diſtinctione hierarchie inferioris.

Hierarchie inferiori tria ſicut ſupioribus inſunt officia. Quibus officiis præſunt. Virtutes. Angeli. & Archangeli. De Virtutibus.
Virtutes mira dei oſtendũt: ſtupẽdaq; miracula operant in mundo. Monent etiã prælatos: ut ita ſe in ſubditos gerãt: ut ipſi una cũ ſubditis miracula facere poſſint. De Archangelis.

Archãgeli angelis: & hoĩbus archana dei nuntiã-
tes: denuntiãt inferius quod a ſuperioribus ſpiri
tibus acceperunt. De Angelis.
Angelorũ quidẽ offm̃ eſt anunciãdi parua: & ad
bene: beatæq; uiuẽdũ hoĩes ducere: & gubernar̃.

Explicit q̃cquid de Artypico dicẽdũ ſit. Hæc aũt
quæ hucuſq; diximus: artypico mundo accõmo
dare d̄creuimus. Vt deũ in ſede: & throno ſuo ſe
dẽtẽ cernere ualeamus. Qui deus ſingulis diebus
uſq; ad ſeptimũ diẽ p̄ticulariter creãdo opus q̄d
patrarat optime proficiet. Quieſcet uero die. vii.
quem quietis diem poſt iudicium eſſe dicamus.

De Macrocoſmo.

Acrocoſmus mũdus: dicit̃ uniuerſa
mũdi machina corporalis: ad dupli
cem p̄tinens naturã. ſ. cœleſtẽ: & ele
mentorũ. Et dicitur macrocoſms a
macros q̄d eſt maior: & coſmos mũdus. i. maior
mundus. De materia cœleſti.
Habet enĩ cœleſtis materia triũ principaliter cœ
lorũ diuiſionẽ. Cœlum empireũ. Criſtallinũ. Et
firmamẽtũ. Cœlum empireũ: beatoꝝ ſpirituũ:
ac ſanctoꝝ omnium glorioſiſſimũ eſt habitacu-
lum. Natura ſimpliciſſimũ. Eſſentia ſubtiliſſi
mũ. Incorruptibilitate ſolidiſſimũ. Quantitate

maximũ. Qualitate lucidum. Diaphanitione pſpicuum. Materia puriſſimũ. Figura ſpericum. Localitate ſupremũ. Amplitudine creaturarũ in ſe aliarum contentiuũ. Motuq; extraneum.

De cœlo Criſtallino.

Criſtallinũ cœlum multas in ſe Empyrei qualitates tenet. Ac ipſũ primũ mobile ẽ: & uelociſſmũ.

De Firmamento.

Firmamentũ eſt ſecundum mobile: ac ſupradictarũ proprietatũ particeps: aquarũq; diffuſiuũ dicitur. Hoc quidẽ firmamẽtũ deus inter aquas & aquas die ſecunda creauit dicẽs. Fiat firmamẽtum in medio aquarũ: & diuidat aquas ab aquis Ibidemq; ſtellas die quarta fixas inſtituit.

De ſtellis.

Stellarum quidẽ materia puriſſima ẽ: figura ſperica: quãtitate magna: apparitõe parua. Ipſe enĩ ſtelle lucide: ac radiorꝶ diffuſiue ſunt. Lumẽ a ſole capiunt. Singule in qualitate: differunt quãtitate: & uirtute. Quarũ noĩa diuerſa ſunt: ut illa bos: cauda draconis: & ſic de ſimilibus. Quæ ĩferius diuerſis uirturẽ generationis acommodant.

De Signis.

Inter eas enĩ duodecim ſigna ĩſiſtunt: quæ ſigna domus planetarꝶ ſunt. ut ẽ Cãcer Leo. & cetera.

De Planetis.

Habet in ſe Firmammentũ ſeptẽ ſperas: nomini bus: & natura diuerſas. Et dicunt̃ Plãete. Quorꝝ noĩa hæc ſunt. Saturnus: Iupiter: Mars: Sol: Venus: Mercurius: & Luna.

De ꝓprietatibus planetarꝝ. De Saturno.

Saturnus ſpera prima eſt a nobis remotiſſima. In quolibet ſigno mẽſibus. xxx. manet. Ducẽtis uero &. xxx. ãnis ſuũ pficit curſum. Habitaculũ eius: in die eſt Capricornis. In nocte Aquarius. Exaltatio ſua in libra. Humiliatio in cancro eſt.

De Ioue.

Iupiter ſpera ſecũda eſt: lucida: & clara: & quaſi ad inſtar lactis cãdida. Qualitate tẽperata in cali ditate: & humiditate: moratq; in quolibet ſigno per annũ. Suum. n. curſum in. xii. pficit annis. In die hĩtaculũ eius Sagitarius. In nocte Piſces. Exaltatio eius in Cancro: humiliatio in Capricor no eſt. Cuius eſt amica Luna: & Mars inimicus.

De Marte.

Mars ſpera tercia eſt: calida: & ſicca: ea pp eſt no ciuus. Proprietatibus quippe ſuis hoĩes ad bellũ irritat. Igneus: & radioſus apparet. In quolibet ſi gno. lx. diebus qeſcit. Habitatio eius ĩdie Aries: in nocte Scorpio eſt. Et exaltatio in Capricorno.

De Sole.

Sol ſpera quarta ẽ: & dicitur octies maior terra.

Veꝝ Ptolemeus uult centũ & ſexaginta uicibus ſuperare terrã. Calidus ſentitur: & luminoſus ui detꝰ. In quolibet ſigno diebus triginta: & horis. x. ꝑmanet. Habitaculũ ĩ Leone. Exaltatio ĩ Ariete.

De Venere.

Venus qm̃ calida & humida ẽ Martis nequitiã temperar. Veſper appellatꝰ: quum ſeqtur ſolem lucifer dicitꝰ. Quum mane oritur ante ſolẽ colorẽ fulgentẽ: & cãdentẽ habet electro ſimilẽ. Diebus autẽ. ccc. xxx. ſuum ꝑficit curſũ. In die Taurus ẽ eius habitatio: ĩ nocte libra. Exaltatio eius Piſces hũiliatio Virgo. Amicus ei eſt Iupiter: inimicus Mars.

De Mercurio.

Mercurius ſemꝑ cum ſole graditꝰ: cui. xxx. ſemꝑ gradibus apropinquat. Colorẽ tenet radiantẽ: & raro ꝑꝑ ſolis uicinitatẽ cernitꝰ. Eloquentiã ĩfluit: ſeminibus: & aquis dñatur. Diebus. xxx. ſuũ per agit curſum.. Habitatio in die Gemini: in nocte uirgo: natura mala. Et exaltatio eius in uirgine.

De Luna.

Luna ultima ſpera eſt omniũ planetarũ. Nocti præeſt. Eclypſim patitꝰ: & efficit. Maculas habet ꝑꝑ eius cõiũctionẽ cũ ĩferioribus. Curſũq; ĩ menſe ꝑficit. Et hẽt habitaculũ ĩ Cãcro. Et exaltatio ĩ Thauro.

Hæc de cœleſti materia dicta ſufficiãt. Vbi ſolis

lunæ. atq; ſtellaꝝ ꝓprietates poſitæ ſũt: quæ ſtel
læ die qua in firmamẽto creatæ ſunt. Sol & luna
uero in ſperis ſuis.

Hic de elementali materia tractabitur.

Ateria quidẽ elementalis in quattuor diui
ditur elemẽta: quæ ſunt: Ignis: Aer: Aqua:
& Terra.

De Igne.

Ignis ſpera elementalis eſt: tanq̃ cœlũ ſub ſpera
Lunæ. Nec lucet: nec ardet in ſpa ſua: ſed ĩ aliẽa.
Tria ĩterſticia habet. Supremũ qđ uocat̃ igneũ.
Medium: & infimum quod dicitur olympium.

De Aere.

Aer ſpera ſubtilis eſt: mobilis & pſpicua. Per ĩſpi
rationẽ: & reſpirationẽ calorẽ cordis tẽperãs. Et ẽ
locus ĩpreſſiõis. Vaporẽ terre: & aquæ ad ſe colli
git: quarũ diuerſitate nubes diuerſi coloris ĩ aere
ipſo fiũt. Vbi diu cõdenſe: fulgura: tẽpeſtates: to
nitrua: grãdinẽ: niuẽ: pruinas: & pluuias gñant.
Aer leuis: rarus: & illuminabilis eſt. Habetq; tria
ĩterſtitia. Supremũ qđ æthereũ uocat̃. Mediũ &
infimũ qđ uocat̃ aereũ. Habet enĩ ĩ ſupremo pp
ſolis uicinitatẽ calorẽ: & lucẽ. Similiter quoq; ĩfi
mũ hẽt pp radioꝝ repcuſſionẽ. Veꝝ ĩ medio ubi
radioꝝ repcuſſio nequit attingere: frigiditas ẽ: &
obſcuritas. Ibiq; demonũ habitaculũ: & ĩtruſio:

nec nõ & tẽpeſtatũ:ac tonitruũ dicit̃. Grãdiniſq;
& niuis:& ſimilium ibidem fit coagulatio.

De Aqua.

Aqua ſup cœlos ducit̃:decorat̃ piſcibus:ſubdita
ẽ tẽpeſtatibus. Maria ĩplet:fluĩa:fõtes:riuuloſq;
aquaꝶ:q oẽs ad loca unde ꝑuenerũt regrediunt̃.
Aqua enĩ diaphanũ corpus hẽt:& ex ſe criſtallũ
generat. Cauſat ĩ nubibus irim:humida:& frigi
da deniq; exiſtit. De Terra.

Terra ultima eſt: & infima:inter oĩa elemẽta de
ſpectior:nigra:arrida:ſiccaq;:põderoſa:rotũda:
oĩbus cœlis:& elemẽtis circũdata. Tenet ĩ centro
eius ĩfernũ. Frigida eſt:atq; opaca. Metalloꝶ nu
trix:& genitrix ẽ. De qua oĩpotens deus oĩum cõ
ditor tertia die creatiõis dixit. Diuidat̃ aq̃ a terra:
& appareat arrida:& tũc terra cũ mõtibus:ſpelũ
chis:atq; cauernis facta ẽ:& ſic eſſe ipſius noſcit̃.
Iteꝶ inqt deus. Producat terra herbã uirẽtẽ faciẽ
temq; ſemẽ in gñe:& lignũ pomifeꝶ facientẽ fru
ctũ ĩ gñe ſuo:& factũ ẽ ita. Vñ & eẽ ipſius terræ.
& uegetatiua uita in herbis:& arboribus cernit̃.

De creatione luminũ die quarta.

Die quarta dñs deus fiãt inqt luminaria ĩ firma
mẽto cœli:& ita factũ eſt. Vt ſol diei:lunaq; no
cti præeſſet. Et ſtelle ut in firmamẽto lucerẽt: &
ſplẽdore ſolis diuerſaꝶ rerũ gñatões producerẽt:

ut ſupius ſufficiēter appet. De die qnta.
Die uero qnta ait dn̄s deus. Producant aquæ reptilia.i.piſces. Volucreſq; cœli:& ita ſactū eſt. Vnde ſimiliter uidemus aues:& piſces hēre eſſe:& uegetatiuam:atq; ſenſitiuam uitam.

Hic de ſexto die agitur.

Nam ſexto die addidit ſūmus opifex dicens. Producat terra aīalia ī genere ſuo:& ita factū ē. Quare ſicut in auibus cœli:& piſcibus aquæ. Ita ī beluis:& feris: cæteriſq; animalibus:& eſſe:& uita duplex cernit̃:uidelicet uegetatiua:& ſenſitiua.

Profecto de hac die ſexta ultimā hominis creationem intelligere reſtat:quā quidē in tercio mūdo oſtendemus: qui muudus dicit̃ Microcoſmus.

m Icrocoſmus ſane a micros qđ eſt minor:& coſmos qđ eſt mūdus. Vnde Microcoſmus paruus mūdus reſpectu Macrocoſmi.i.maioris mūdi dicit̃. Et hic eſt hō:qui pp participationē cœleſtis: terreſtriſq; materie: nec nō propter ſimilitudinē cœloꝝ:atq; elementorū:quā ī ſe habet hō increatiue: paruus mundus appellatur. Qui in duas diuiditur creaturas.ſ. in corporalē:quod eſt humanum corpus:& ſpiritualē: quæ eſt anima: ex

quibus hõ fit. Quẽ quidẽ ſexto die poſt aĩalium creationẽ ĩ campo damaſceno deus plaſmauit: ĩ terra chanaã: cui uitæ ſpiraculũ ĩſufflauit dicẽs. Faciamus hominẽ ad imaginem: & ſimilitudinẽ noſtrã. Sicq; ad imaginẽ dei creatus eſt hõ: ut ſicut deus præeſt angelis: & hominibus: ita hõ corpore præſit cunctis aĩantibus uniuerſæ terræ.

Ad cuius ſimilitudinem creati ſumus.

Ad dei ſimilitudinem anima noſtra creata eſt: ꝑ participationẽ dei. Vt eſt ĩ memoria: intellectu: uoluntate: libero arbitrio: & ſimilibus.

Reuertamur igitur ad corporis plaſmationẽ. Vnde puus mũdus appellat̃: tam ꝑꝑ participationẽ q̃ ꝑꝑ ſimilitudinẽ Macrocoſmi. i. maioris mũdi. Corpus hoĩs participationẽ cœleſtiũ uirtutũ: & ſtellaꝶ hẽt: ut ĩ hoc exẽplo ĩtelligere poterimus. Cum cœlo empireo de eẽ: & forma: diuerſis & q̃litatibus: participat hõ in plaſmatione corporis. Cum criſtallino participat motu: coadunatõe: & pluribus aliis qualitatibus corpus ĩ plaſmatiõe. Cum firmamẽto participat mẽbrorũ uarietate. Cum ſtellarum uarietate exercitia corporis uaria recipit homo.

De participatiõe ſignorum in mẽbris hominũ.

Igna cæli ad cuſtodiã membrorũ corporis xii. poſita ſũt. Aries ad cuſtodiam capitis.

Gemini lacertis: & manibus dn̄at͛. Taurus guttu ri. Leo cordi: & renibus. Cācer pectori: ac ſtoma/cho. Virgo & libra īteſtinis. Scorpio genitalibus. Sagitarius femori. Capricornus genua cōſeruat. Aquarius tibias. Piſces dēiq; cuſtodiā pedū hn̄t.

De participatione planetarum cum corpore.

Lanetarū diuerſas proprietates deus in hu mano corpore plaſmādo poſuit: ut in hoc exemplo uideri poteſt. Saturnus dat corpori effectum ſiccitatis: & frigiditatis cū nigredine. Iupiter humiditatem: & calorem cum albedine. Mars calorem cum ſiccitate. Sol lumē cum ca lore: & humiditate. Venus fulgorē cū calore: & humiditate. Mercurius ī lingua pronuntiā di facundiā corpori præſtat: & ſeminandi modū dōat. Luna frigiditate: & humiditate ſua præ bet corpori caſtitatem.

Sciēdū uero ē ꝙ deus ex materia elem̄tali corpus plaſmauit humanū: ut in hoc exēplo. & cetera.

De participatione elementorum cum corpore.

X terra carnem: & oſſa: ac melancoliam. Ex aqua ſanguinem: ac flegma. Ex aere agilitatē: ſubſtentationē: anhelitū: & ſanguineā naturam. Ex igne calorem. Vnde ſiccantur

humores corporis. Et caro:& oſſa:& cætera mē-
bra fouentur:coleráq; produxit.
Et quoniā de participatiōe humani corporis cū Macrocoſmo ſatis diximus: nunc ſimilitudinē eius Microcoſmi.i.humāi corporis: quam cum macrocoſmo habet dicamus: quæ ſimilitudo tā de cœleſti q̄ de elementali materia conſtat.

Oeleſtis ſimilitudo in corpoř eſt. Qđ ſicut cœlum empireū dei:& ſanctoꝝ angelorū: oīumq; ſanctorū habitaculū ē. Ita corpus: aīæ: uirtutū:ac ſanctarū operum habitaculū exiſtit. Et ſicut cœlum criſtallinum ſplendet: & mouetur:ſic caro hominis:& corpus.

Similitudo corporis cum firmamento.
Sicut in firmamento ſunt ſeptem planetæ: et quattuor elemēta. Sic in capite hominis ſunt ſeptem foramina:& quattuor membra in corpore principalia. Sicut ſol:& luna duo in cœlis ſunt: ſic duo oculi in capite hominis poſiti ſunt.
Corpus equidem ſimilitudinem elementalis materie ſic in membris habet:ut īferius denotatur.

Or quaſi ſpera ignea omniū præſtantius eſt mēbrorū:qm̄ uiuētis aīæ ē habitaculū. Pectus porro hoīs ꝓ aeř capiť.quo ſtomachi:ac

uentris uapores coagulati: tuſcim: ſingulta: & ſi milia generant.

Stomachus tanq̃ mare magnũ: ĩ quo oẽs egritudines quaſi fluctuãtes mari tẽpeſtates fiũt: quo humores totius corporis tanq̃ uniuerſæ terræ flumina: regrediuntur: & ingrediuntur.

Pedes uero tanq̃ centrum cœlorum: & elementorum: corporis molem ſuſtinent.

Hæc autẽ ad ſimilitudinẽ Macrocoſmi: & ad plaſmationẽ Microcoſmi dicta ſufficiãt. Nunc oſtẽdemus quæ de ſimilitudine corporis: & animæ dei imagini comparatæ dicenda ſunt.

p Laſmato enĩ corpore humão: deus ſpiraculum uitæ. i. animã ad ipſius imaginem in eum ĩſufflauit. Cui animæ ad æterne trinitatis ſimilitudinẽ tres attribuit potẽtias. ſ. Memoriã ad ſimilitudinẽ potẽtiæ patris. Intellectũ ad ſimilitudinem ſapiẽtiæ filii. Voluntatẽ ad ſimilitudinẽ ignitæ ſancti ſpiritus charitatis.

Participatio animæ cum angelis.

Dedit quoq; huic animæ cum angelis participationem: ad parua dei huic ſeculo annuntianda.

Participatio animæ cum archangelis.

Cum archangelis participationem habet anima

ſumma dei archana reuelandi.

Participatio anime cum uirtutibus.

Cũ uirtutibus miracula opãdi pticipationẽ hẽt.

Participatio animæ cum poteſtatibus.

Cũ poteſtatibus demõibus ĩperãdi pticipationẽ hẽt aĩa.

Participatio cum principatibus.

Cum prĩcipatibus ĩ cœlis:& in terris prĩcipẽ eſſe.

Participatio animæ cum tronis.

Cum tronis ipſa anima fit ſedes dei.

Participatio animæ cum Cherubin.

Cũ cherubin ſũma dilectiõe ac contẽplatõe corã deo uigilat.

Participatio aĩæ cum Seraphin.

Cum ſeraphin intenſo cum feruore aĩa electorũ arderẽ põt. Quorꝝ alii ſũt pñarche:alii ſũt ꝓphete

Participatio animæ cum cœlo empireo.

Anima cum cœlo empireo participatioẽ habet in pulchritudine:magnitudĩe:ac ſtabilitate. Vnde immortalis habetur.

Participatio animæ cum cryſtallino cœlo.

Cum cryſtallino in claritate:uelocitate:& motu: ita ut in ictu oculi adſit ubi uelit.

Participatio animæ cum Firmamento.

Cum firmamento ingenium maximum:& uelocisſimum habet anima:ubi omnium rerum imaginationes quaſi ſtelle fixe ſunt.

Participatio aĩæ cũ planetis:& prĩo cũ Saturno.

Vm ſaturno religionē & grauitatē tenet.
Participatio animæ cum Ioue.
Cum Ioue dignitatem: pulchritudinem.
Participatio animæ cum Marte.
Cum Marte uim & artem noſcit bellandi.
Participatio animæ cum Sole.
Cum Sole illuſtrationem: & ſapientiam recipit.
Participatio animæ cum Venere.
Cum uenere attractionē: amorem: & dilectionē.
Participatio animæ cum Mercurio.
Cum mercurio morũ grauitatem: & facundiã.
Pariicipatio animæ cum Luna.
Cũ luna ſolertiã: atq; ſolicitudinē: & cõtinentiã.
Participatio animæ cum elementis.
Participatio animæ cum Igne.
Cum ignea ſpera inuiſibilis eſt. Quanuis in aliena materia uideat & ſentiat.
Participatio animæ cum Aere.
Cum aere peccata corporis per contritionem: in niuem remiſſionis anima conuertit.
Participatio animae cum Aqua.
Cum aqua interiores format lachrymas.
Participatio animæ cum Terra.
Cũ terra diuerſa herbaꝝ: aĩaliũq; gñа gignit. Deniq; ciuitates: leges: artes liberales: & mechanicas habet.
De decoratione animæ.

Sti ĩſuper anima hominis adotata dei ſimi litudine:& imagine: quia ĩuiſibilis:impal pabilis: ĩmortalis eſt:liberoq; decorata arbitrio. Vnde ut ſuperius diximus. Sic factus eſt homo in animam uiuentem.

De Adam.

Dam qui ſapientia: ſcientia: ingenioq; oĩ um humanarũ: diuinarumq; rerum præ ditus fuit: a deo in paradiſo delitiarũ collocatus eſt. Vbi ex coſta ipſius Adam Euam ſibi similẽ formauit deus: eiq; in uxorẽ dedit: ut duo eſſent in carne una.

De paradiſo tereſtri.

Ic paradiſus delitiarũ eſt locus in oriente: ubi multaꝝ:& diuerſaꝝ uirtutum fructus reperiuntur. Nam aliud fructuum genus extin guende ſitis uirtutem habet. Aliud ſaturitatem præſtat. Aliud iuuẽtutem. Aliud perpetuã uitã. Aliud uigilantiam. Aliud deniq; boni & mali ſci entiam donat. De quo quidem fructu.ſ.boni & mali iuſſit deus Ade ne comederet. Qui uxoris ſuæ uerbis adductus (nam ei ſuaſerat ſerpens) de arbotis illius fructu accepto comedit. Ea propter ſũmo cum rubore ſimul cum uxore ſua de para diſo expulſus eſt. Et in Ebron ad ſue plaſmatõis locum ambo delati ſunt. Adam in ſudore ſuo ue ſci pane cœpit. Et Eua in ſui dolore partus filios procreare.

Hæc ad breuem Microcoſmi creationẽ dicta ſuf ficiant: ut facilius ad alias eius partes tranſire ualeamus. Quæ ſũt tria corporalia: & tria ſpiritualia opera.

Rima enĩ opera quæ Microcoſmus generaliter agit: tria ſunt. ſ. Generatiuum. Artificum. Et ſenſuale. Opus quidem generatiuũ in ſex diuiditur ætates. Quarũ prima ab Adam uſq; Noe. Secunda a Noe uſq; Abrahã. Tertia ab Abrahã uſq; ad Dauid. Quarta a Dauid uſq; ad tranſmigrationẽ. Quinta a trãſmigratiõe uſq; ad Chriſtum deſcribit᷑. Sexta uero ab ipſo Criſto uſq; ad conſumationem ſeculi dicit᷑.

De procreatione Caim & Abel.

Dam primus homo ex Eua uxore ſua poſt paradiſi expulſionem: ĩ Ebron duos filios genuit. Quorum unus Caim: alterum uero Abel nuncupauit. Caim fuit agricola: & liuore inuidie germanũ necauit: qui paſtor ouium erat. Qua đ re maledixit deus Caim. Qui profugus per orbẽ ex germana uxore ſua genuit Enohc. A quo progenies proceſſerunt Caim: ſicut fuit Iabel qui paſtorum tentoria portatilia primitus inuenit: nec non animalium pecudumq; diuiſiões: & ſeparationem inſtituit. Iubal quoq; qui muſicæ artis: & organorum: atq; citharizantiũ inuentor fuit.

Quã artem in duabus preſſit columnis. Quarũ una contra impetum ignis. Altera contra aquarum inundationem reſiſtere poterat. Quæ poſt diluuium ſola reperta fuit: quia altera ab aquis conſumpta remanſit. Et Tubalcaim bellantiũ: atq; fabrorũ inſtrumenta: metallaq; inquirere: & fabricare docuit. Noema ſoror eius texentiũ documenta inuenit. Adam inſuper poſt mortẽ Abel genuit Seth: cuius progenies uſq; Enoch đuenit diuinum cultorem: deoq; gratiſſimũ: qui genuit Matuſalem patrem Lamech patrẽ Noe. Is nãq; Enoch trãſlatus in paradiſum cum Elia ibi uſq; ad tempus antichriſti cohabitare dicitur.

De archa Noe.

Oe uero iuſſu dei archam inſtruxit in qua a ſubuerſiõe diluuii reſeruat ipſe cum uxore ſua: & tribus natis: eorumq; uxoribus; ac cum omni mare: & femina cuiuſcunq; animantiũ generis: tam uolucrum q̃ pecudum: necnon & quadrupedum. Nomina autem filiorum Noe: qui cum ipſo in archa introierunt hæc ſunt. Sem primognitus. Secũdogenitus Cam.. Tertiogenitus Iaphet.

De Sem primogenito Noe.

Sem uero aſiam iſtaurauit: ubi hebrea: ſyria: græcaq; dogmata proceſſerunt.

De Cam ſecundogenito Noe.

Cam affricam inſtaurãs barbaricã: & cananeoꝝ gentẽ produxit. De Iaphet tertiogenito Noe.

Iaphet Europam paganorũ: & gẽtiliũ gentem in nouauit. De progenie Abraham.

Abraham deicola de ſtirpe Sem aſtrorũ ita peritiſſimus fuit: ita fidelis: & iuſtus: ut audire meruerit. In ſemine tuo omes benedicent gentes. Hic hiſmahelẽ de ancilla genuit: a quo deſcenderunt xii. filii: quoꝝ nomina hæc ſũt. Nabaiot: Cedar: Abdehel: Mabſã: Maſma: Buma: Maſſa: Adad: Thema: Iahur: Naphis: Cethma.

De progenie Iſach.

Iſach quoq; habuit Aabraham de Sarai uxore: qui Iſach genuit Eſau patrem Eliphaz: Rauel: Iaus: Ielam: & Core: De progenie Iacob.

Iſach iacob etiam gẽuit: qui a deo iſrahel dictus eſt. Pater. xii. patriarcharũ. Genus quoꝝ quadrĩ gentis ãnis acola in terra ægyptiorũ fuit: a qbus generati ſunt Moiſes: & Aaron. Qui Moiſes populum hebreum trans rubrum mare perduxit: Et Num filium Ioſue ultra iordanem tranſfretauit. Qui Moiſes terram promiſſionis cœpit: ac ei diuiſit. De Dauid.

Dauid diebus Saulis iudeorũ: & iſrahelitarum regis Goliã gigantem: & plurimos occidit philiſteos. Quorũ præputiis Michol Saulis filiam in

uxorem obtinuit. Poſt mortẽ uero Saulis totius regni rex fuit conſtitutus. Hic pater Salomonis regis fuit: qui ſapientia: diuitiis: & potentia præcelluit reges uniuerſe terræ.

De tranſmigratione iudeorum.

Tranſmigratio populi iudeorꝝ anno. xi. regni Sedechie in die. x. quinti menſis: in anno. xix. regni Nabuchodonoſor facta fuit. Deinde capta: & incenſa eſt Ieruſalẽ: & populus ligatus: captiuuſq; fuit in Babilone.

De ædificatione ieruſalem uſq; ad tempus Ciri perſarum regis. In quo. l. milia iudeorũ licentiã redeundi in ieruſalem habuerunt. Quibus reuerſis ædificato: & dedicato templo tẽpore Artaxerſis regis: ædificata eſt ieruſalẽ: & omnis populus ad celebrationem ſabbati inductus eſt.

De uita Ieſu chriſti.

Ominus noſter ieſus chriſtus filius dei: q angelo nuntiante conceptus eſt in ciuitate Nazareth de ſpiritu ſancto & Maria uirgine natus in Bethleem iudæ. Quem magi munera offerentes adorauerunt. Qui circũciſus poſt octauũ diem in Egyptum peregrinatus eſt: poſt annum ſeptimum Galileam reuerſus. Anno. xii. ætatis ſuæ in templo diſputauit. Stetitq; ſubditus parentibus: & a Ioanne. xxx. anno ætatis ſuæ bapti

zatus:ieiunium.xl.diebus conſumauit.Diaboli temptationes paſſus eſt:donec ab angelis ei mi-niſtraretur.Deniq; hic ſaluator noſter a mōte re cedens cum peccatoribus manducando multos conuertit.Petrum:& Ioannem:Iacobum: & An dream:cæteroſq; apoſtolos. Nec non.lxxii.diſci pulos elegit:& coram ipſis mortuos ſuſcitauit. Miracula fecit plura. Iudei autē liuore inuidiæ: diſcipulo ſuo iuda auctore tenuerunt eum: quē flagellis cedentes illuſerunt: & turpiſſima crucis morte damnauerunt. Hic mortuus:& ſepultus tertia die reſurrexit. Poſt dies.xl.cœlos conſcen-dit:& ad patris dexteram ſendens:uenturos ē iu-dicare uiuos & mortuos.

Diximus enī genologias patrū p diuerſas ætates q̄ eſt corporalis creatur̄ opus principale.ſ. Gene ratiuum.Nunc autem de artifico opere corpora lis creature dicendum eſt.

Pus quidem artificum eſt quod ſolum ad corporis artes pertinet.Cuius diſtinctio in has ſeptem mechanicas diuidit̄ artes. Videlicet Lanificium:Armaturā:Nauigationem: Agricul turam:Venationem: Medicinam:& Theatricā. Hinc.ſ.a lanificio humani generis corpora tegū

tur. Ab armatura re. p. armis proteguntur. A na-
uigatiõe deducunt mercatores nauigiis mercimo
nias. Segetum & uini opulentiã nobis agricultu
ra confert. Venatio reptilium: quadrupedũ: uo-
latiliumq; omnium nobis prædam oſtendit: ut
ciborum diuerſitas regum apperitum alliciat.
Et abſtinentibus: pauperibuſq; cibum congruũ
acquirat: ut piſces: & auiculas. Ex medicina cor-
poris acquiritur ualitudo. At theatrica ludendi
ſummitur exercitium: quo delectati homines ei
dem ingenia ſua accommodare ſtudent.

De tercio opere creature quod ſenſuale dicitur.

Ercium profecto opus Senſuale appellat̃:
eo ꝙ ſenſuũ inordinata affectio ad uaria:
& uitioſa opera trahitur. Vt eſt oculus qui pluri
ma noxia cernere cupit. Aures iniqua audiendo
oblectantur. Guſtus guloſa optat & uana. Odo
ratus uanos inquirit odores. Tactus turpia: mol
liaq; palpitare. Iniqui deniq; pedes ſemp ad ma
lum currũt. Et quoniã caro noſtra ſane infirma
eſt: & ad terre molem deſcendens: ſemper tempo
ralia & uana concupiſcit. Vnde ſpiritus ſemper
aduerſus carnem: caro autem aduerſus ſpiritum
nunq̃ deſinunt aduerſari. Hinc conſciẽtia: hinc

etiam ſinthetesis animæ corporeis membris fre-
num imponere laborant.

Ad tria igitur opera animalis creaturæ tranſea-
mus. Sicut enim corporis uicia percepimus: ſic
etiã aĩæ dignitates: & uitia intelligere ualeamus.
Opera cuiuſcunq; animæ in hoc ſeculo uirtuoſa
ſcientifica: aut uitioſa eſſe cognoſcuntur.

Pus enim uirtuoſum nihil aliud eſt: niſi id
per inſtrumẽtum corporis deo: & homini-
bus ueraciter exhibere: quod a domino: & a pro
ximo recipere cupimus: dum idem os proferat
quod in corde: & animo uerſatur.

De uirtutibus theologicis.

Virtutum alie theologicæ: alie cardinales ſunt.
Nã theologicæ ſũt tres. ſ. Spes: Fides: Charitas.
Spes enĩ eſt de bono opere optimã a deo merce-
dem expectare. Quã mercedem dominus noſter
Ieſus chriſtus in octo beatitudines demõſtrauit
dicens. Beati pauperes ſpiritu: quoniã ipſorũ eſt
regnum cœlorũ. Beati mites: quoniã ipſi poſſide
bunt terram. Beati qui lugent: quoniã ipſi cõſo-
labuntur. Beati qui eſuriũt: & ſitiunt iuſtitiam:
quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes:
quoniã ipſi miſericordiam conſequentur. Beati

mundo corde: quoniã ipſi deum uidebunt. Bea ti pacifici: quoniã filii dei uocabuntur. Beati qui perſecutioné patiuntur propter iuſticiam: quo niam ipſorũ eſt regnum cœlorũ. Beati eſtis quũ maledixerĩt uobis homines: & perſecuti uos fue rint propter me. quod generaliter dixit.

De Fide.

Fides eſt ueraciter credeř deum eſſe ſecundũ duo decim articulos fidei noſtræ chriſtianæ. Ac etiam fides eſt deo credere ideſt ſacrarum ſcripturaꝝ cõ firmare ueritatem. Decemq; præcepta: nec nõ & ſeptem eccleſiæ ſacramenta obſeruare. Fides de niq; eſt in deum credere. i. Chriſti opera imitari: & eius humilitatem cum paupertate: patientia: & obedientia uẽdicare.

De Charitate.

Charitas eſt deum ſuper om̃ia: & proximũ tanq̃ ſe ipſum diligere. Ab ipſa dei ea oriuntur ſeptem munera ſpiritus ſãcti. ſ. Timor domini. Pietas. ſcientia. Fortitudo. Conſcilium. Intellectus. Et ſapientia.

De Charitate proximĩ.

Charitas autem proximi ſepté ſpiritualia gignit opera. ſ. miſericordie. Vt eſt ſanum conſcilium dare. Inſtruere inſcium. Reprehẽdere peccanté. Lætificare mœſtos. Subuenire pauperibus. Ora re pro exiſtentibus in tempeſtate. Orare pro om̃i bus mortuis. Similiter quoq; ſepté corporalia

opa miſericordiæ gignit charitas proximi. Quorum primū eſt paſcere famelicum. Secundum præbere potum ſicienti. Tercium hoſpitari peregrinum. Quartum ueſtire nudum. Quintum uiſitare incarceratos. Sextum uiſitare infirmos. Septimum ſepelire mortuos.

De quattuor uirtutibus cardinalibus.

Ardinales uirtutes ſunt quattuor. Quarū diuiſiones cauſa breuitatis omittēdo ipſas explicabimus. Primo enī iuſticia eſt tribuere unicuiq; quod ſuum eſt. Prudentia eſt præteritarū: præſentium: & futurarꝝ rerum acta diſcutere: aduertere: & prouidere. Temperantia eſt animi motus: & mundanarū rerum appetitus extinguens moderatio. Fortitudo eſt in bonis: & aduerſis alacriter perſeuerare.

De ſecūdo opere animæ: quod ſcientificū dicit̃.

Pus ſecundū animalis creaturæ appellatur ſcientificum. A quo omnium animarū humanarum: diuinarūq; noticia declaratur in hoc ſeculo: in quo duplicem recipimus ſapientiam. Diuinam ſcilicet & humanam.

De ſapientia diuina.

Sapientia enim diuina omniū diuinarum rerū æteerna eſt cognitio. Et qua per ſpiritus paracliti

gratiam anima in hoc mundo portionem recipit ſuam. Huius enim ſapiẽtiae radix ſacram nobis theologiam produxit. Quæ diuini cultus ritum oſtendit: & gratiarum dei: atq; iudiciorũ oculta q̃ dilucidiſſime.

De ſapiẽtia huius mũdi: hoc ẽ philoſophia.

Sapientia uero huius mundi: tam maioris q̃q; minoris a diuina procedit ſapientia. Iuxta illud apoſtoli Iacobi: Omne datum optimũ: & omne donum perfectum deſurſum eſt: deſcendens a patre luminũ. Eſt quidem mundi ſapiẽtia omnium creaturarũ uera cognitio: quæ philoſophia dicitur. Quam in græcia primo philoſophi: epicurei: deinde Stoyci. poſtmodũ peripatetici: reperiſſe traduntur. Quanq̃ ab Adam uſq; ad Abraham: & prophetas prius inuenta fuiſſe t

De ſeptẽ liberalibus artibus quæ a philoſophia proficiſcuntur.

B hac enim philoſophia ſeptẽ deſcendunt artes: uidelicet. Grãmatica. Dialetica. Arithmethica. Rhetorica. Geometria. Muſica: & Aſtronomia.

De Grãmatica.

Grãmatica eſt ſcientia recte loquendi: ſcribẽdiq; correcte. Quæ primũ in egypto tempore Oſiris mariti Iſidis reperta eſt.

Dialetica.

Dialetica eſt acuta diſputatio: uerũ a falſo diſtin

guens: quæ a Permenide ibidem reperta eſt.

Rhetorica.

Rhetorica eſt diſciplina ad quæq; idonea perſua
dendum. Cuius reptor Demoſtenes fabri filius.

Arithmetica.

Arithmetica dicit̃ ab ares: uirtus: & thimus græ
ce: ꝙ latine numerus dicitur. Vnde arithmetica
uirtus numeri interpretatur. Cuius auctor apud
græcos Samius Pithagoras. Nichomacus apud
latinos fuit.

Geometria.

Geometria menſura terre interpretat̃: quæ apud
egyptum primũ reperta fuit. Cuius auctor apud
græcos Euclides fuit: & Herathoſtenes ſagaciſſi
mus in tali arte ambitu orbis repperit. Et eſt geo
metria diſciplina menſurarum in ſe rationem
habens.

Muſica.

Muſica ab aqua uocabulũ ſumpſit: eo ꝙ nulla
euphonia. i. ſonoritas ſine humore fit. Et huius
auctorem Tubal: ut ſuperius diximus: Moiſes
fuiſſe aſſerit. Sed græci Pithagoram. Alii Mercu
rium: qui primum tetracordum inſtituit. Alii Li
num. Alii Zetum: uel Amphionẽ fuiſſe tradũt.
Et ſunt tria muſicorum genera. Vnum quod
carmina fingit. Aliud ĩ inſtrumentis agitur. Ter
cium quod inſtrumentorum opus: carmenq; di
iudicat.

Aſtronomia.

Aſtronomia a lege aſtrorum nomen aſſumpſit. Et eſt aſtronomia quæ de aſtrorum lege: & cœli conueſrione diſſerit. Regiones: circulos: curſus: ortus: & ſyderum occaſus ĩquirens. Cuius aucto rem aliqui Can Noe filium. Ptolemeũ uero egy pti regem reparatorem fuiſſe tradunt.

Ab his omnibus ſcientiis ſupra enumeratis uita hominum: & beluarũ: ciuitates: regna: ſceptraq; proteguntur.

De tercio opere animæ uitioſo.

Ercium deniq; opus animæ uitioſum eſt. cuius partes conſcribere in animo eſt. Tri plex enim eſt peccatum. Originale. ſ. Veniale. Et mortale.

De peccato originali.

Originale nanq; peccatum eſt quod primi parẽ tes noſtri Adam: & Eua in guſtatione pomi opa ti ſunt: nec deleri niſi per baptiſmum poteſt.

De peccato ueniali.

Veniale peccatum eſt quod hominem uſq; ad reatum perpetue mentis nõ obligat: uel grauat: ſed pœnam meretur. Et hoc facile remittitur.

De peccato mortali.

Mortale peccatum eſt quod deũ: & proximum offendendi cauſam agit uoluntariam: aut men te: aut corpore: ſeu mente: & corpore ſimul.

Quæ offenſio dei: & proximi in ſeptem capitalia diuiditur peccata. Videlicet ĩ Superbiam. Iram. Accidiã. Auariciã. Gulam. Inuidiã: & Luxuriã.

De Superbia regina uitiorum.

Superbia regina omniũ uitiorum eſt: quæ omnibus dedignatur ſibi ſuperioribus: quia illis non æquatur. Dedignatur etiam paribus: quia æquãtur ei. Et inferioribus ne ei æquẽtur. Cuius filiae ſunt haec. Prima eſt inobedientia: quia ut diximus: ſuperbus uel uanagloriosus non uult inferior uideri: quod fieret ſi eſſet obediens. Secũda eſt contentio: quia uult uincere cum clamore: & ſic iuſtus uideri. Tercia ẽ iactãtia qua quis enumerat bona ſua ut laudabilis appareat. Quarta eſt ipocriſis: qua quis quærit hominibus in exterioribus bonus haberi. Quinta eſt pertinacia q̃ factum aut dictum ſuum defendit: ne errare uideatur. Sexta eſt diſcordia quæ contra omne dictum aſſumit cõtrariũ propter uanam gloriam ãcquirẽdam. Septima eſt nouitatum praeſumtio: qua quis noua dicit: uel inuenit ut laudetur.

De Ira.

Ira eſt ſubtilis animi motus quo quis aduerſus aliquem mouetur: cuius filiae ſunt ſex. Quarũ prima eſt rixa. Haec eſt audax uindicandi uoluntas: & iniũria facti procedens. Secũda eſt timor

mẽtis:hæc ẽ uolũtas uĩdicãdis:fugiẽs aduerſãtẽ. pp inimicias extĩatas. Tercia ẽ cõtumelia.hæc ẽ uolũtas uĩdicãs pp exprobationẽ maloꝶ. Quarta ẽ clamor:q̃ ẽ uolũtas ſe uindicãs ĩ exaltãdo uocẽ.uel ẽ uituperiũ ad alioꝶ aures pueniẽs. Quinta ĩdignatio:quæ ẽ uolũtas ſe uĩdicãs p moleſtie ſignũ exterius demõſtratũ. Sexta ẽ blaſphemia quæ eſt uolũtas ſe uindicãs p opprobrium deo: uel ſanctis illatum.

De Accidia.

Accidia eſt diffidentia de propriis uiribus:& auxilio dei ardua cõplendi. Cuius filiae ſũt ſex.Quarũ prĩa ẽ malicia: quae ẽ uolũtas machinãdi malũ alicui:quũ ei qs iniuriat̃ alicui tũc iraſcit̃: poſtea triſtat̃. Secũda eſt deſpatio:qa meritoꝶ diffidẽtia: mater ẽ diffidẽtiae praemioꝶ: ex q̃ iterũ triſticia orit̃. Tercia eſt puſillaminitas: quae ex diffidẽtia naſcit̃:ꝓueniẽte ex cõſideratõe proprie fragilitatis:aut opis arduitatis. Quarta ẽ rãcor: q eſt ĩueteratũ odiũ.quod gñat̃ ex uetuſtate ire. Quinta torpor mẽtis circa praecepta.i. quaedã ĩpſuabilitas:p quã ñ põt ĩduci ad excuſationẽ mãdatoꝶ dei. Sexta eſt uagatio mẽtis circa illicita. Haec aũt qñq; ẽ pticularis: & certã hẽt materiã: & ſic cõuenit oĩbus uitiis.Qñq; ẽ gñalis:& ĩcerta & haec ꝓprie ẽ euagatio accidiae.

De auaritia.

Auaritia ẽ ĩmoderatus amor hñdi:quæ.vii.filias

hēt. Prima ē obduratio cordis: & hoc ſit obmitē do. Scđa uiolentia: & haec ſit nocēdo alicui palā pfecta malitia. Tercia inqetatio. haec ē lucri ap petitus. Quarta piuriū: qđ ī emptōe: & uēditōe ſaepe accidit. Quīta fallacia: quae ſit p uerba đci piētis ī oculto. Sexta fraus: haec ē deceptio pfcā: & haec ſit ī pn̄tia illlius q decipit̃. Septīa ꝓditio: haec ſit in abſētia decepti. De Gula.

Gula eſt īmoderata cibi auiditas: & hæc. vi. filias hēt. Prīa eſt ſcurilitas: qa gula mouet ad uerba ſcurilia. Secūda multiloquiū. Tercia detractio. Quarta uitupia: & alia uerba īania. Quīta īepta laeticia. i. laſciuia carnis: ſiue geſtus corporis īor dinatus: laſciuiā mētis demōſtrās. Sexta īmūdi tia: que prouenir̃ ex gula ſolet: ut ē uomitus: eru ctatiōes fœtide: ac luxuria. De Luxuria.

Luxuria ē libidinoſe uoluptatis appetitus: cuius filiæ ſūt octo. Prima caecitas mētis: qa in ope lu xuriae tota rō abſorbet̃. Secūda īcōſideratio mor tis: & īferni. Tercia incōſtātia ad cogitādū & de ſiderādū mō iſtud: mō illud. Quarta amor ſui. Quīta praecipitatio qua qs praecipitatus currit ad peccandū: exponens ſe piculo mortis pp luxu riam opandā. Sexta eſt odiū dei. Septima affe ctus pn̄tis ſeculi. ſ. appetitus honoꝝ: diuitiaꝝ: & huiuſmodi: p quae finē ſuū cōſeqt̃ luxurioſus.

Octaua deſpatio futuri ſeculi: quæ eſt diffidẽtia gloriæ: uel ueniæ cõſequẽdæ: & hæc eſt filia luxuriæ cõſumatæ.

De Inuidia.

Inuidia ẽ odiũ aliene fœlicitatis: cuius filiæ ſt̃. v. uidelicet. Odiũ. i. uelle malũ alicuius: & nolle bonũ. Scd̃a exultatio ĩ aduerſis proximi. Tercia afflictio ĩ proſpis. Quarta ſuſurratio: q̃ eſt latẽs detractio. Quinta detractio quæ ĩ apto fit: & uult melior uideri illo cui detrahit.

Cũ enĩ quæ de triplici mũdo ĩ ſũma breuitate dici poterant ſtilo facillimo pſtrĩxerimus. Nũc eodẽ mõ dicẽdũ eſt de triplici iudicio ordinatĩ uẽturo ab Artipico: a Macrocoſmo: & a Microcoſmo i. iudiciũ dei: cœli: terræ: atq; hoĩum. Quod iudicium triplex appellabimus: uidelicet. Iudiciũ prĩcipale: Iudiciũ particularẽ: Iudiciũ ſpetiale. Et primũ de iudicio principali dicetur.

Vdiciũ principale erit initiũ ſignoꝝ dei ſecundũ euãgeliũ. Quæ ſigna deus ĩ ultimis diebus fieri promittet. ſ. Signa erũt ĩ ſole: & luna & ſtellis: & ĩ terris praeſſura gẽtiũ prae cõfuſiõe ſõitus maris: & fluctuũ. Areſcẽtibus hoĩbus præ timorẽ: & expectatõe quæ ſupuẽiet uniuerſo orbi Hoc itaq; iudiciũ ab aduẽtu antichriſti uſq; ad xv. ſignoꝝ apparitionẽ erit.

De Antichriſto.

Nã in nouiſſimis diebus de Babilone: & de tribu

Dam ueniet qdā homo peſtifer: fidē chriſti ſub-
uertēs: q ſe chriſtū & uerū meſſiā faciet. Vñ An
tichriſtus appellabit̃ đ tribu Dan. Hic ſupbia lu
xuria: oīq; malitia plenus erit. Et diabolica pſua
ſiōe q̃plurimos hoīes: iudeos præſertī: ad creduli
tatē: & iniquā fidē alliciet. Copioſaq; mūera offe
ret fiđlibus chriſti ad eos præuaricādos. Sed ſi cō
ſentire noluerīt poſt minas diuerſi cruciatus pœ
nas īponet illis uſq; ad mortē. Sibi aūt creder̃ uo
lētibus īprimet caracterē maledictiōis. Tūc uero
Enoch & Elias īſurgētes ī eū ueritatē chriſtiāe fi-
dei prædicabūt: & fallaciā illius iniquā eſſe. Quā
obrē is peſſimus Antichriſtus illos martyrio īteri
re faciet. Mira ac ſtupēda miracula oñdet: donec
ī medio tēpli Salomōis tanq̃ deus ſedebit adorā
dus: & ecce āgelus dñi ibidē illū atrociſſima mor
te īterficiet. Sāe tūc iudei errorē ſuū optīe cogno
ſcentes: ad contritionem nouam: & pœnitētiam
deuenient. Et ſic reliquie iudeorum ſalue fient.

De iudicio particulari.

Vdiciū pticular̃ partī erit materiæ cœleſtis
partī elemtalis. Nā ex ipſis qdē qndecī horrenda
ſigna ſūt proceſſura. Pria die mar̃ ſtās ī loco ſuo
cubitis. xl. ſup oīum mōtiū altitudinē uelut mu
rus eleuabit̃. Scđa die mare deſcēdēs tm̄ deficere
uidebr̃ q̃ uix appebit. Tercia die piſces ſupra ma

re ſe oñdent: dãtes mugitus uſq; ad cœlos: quos ſolus deus pcipiet. Quarta die aq̃ maris: & flumi nũ cõburet̃. Quĩta die arbuſta: & herbe: cũctaq; uirgulta ſãguineũ emittẽt rorẽ. Sicq; aues cœli q̃ libet in gñe ſuo: terrore pterrite nil pẽitus guſtar̃ qbũt. Sexta die pene cũcta ruẽt ædificia: & fluĩa ignea ab ortu ſolis uſq; ad occaſũ currẽt. Septĩa die lapides frangent̃ ad ĩuicẽ: quoꝝ ſtrepitũ niſi deus ĩtelliget. Octaua die fiet terremotus gñalis: ita ut nullus hoĩum ſiue aĩaliũ ĩ ſe cõſiſter̃ poſſit Nono die exibũt hoĩes đ cauernis: & tãq̃ demẽtes & ĩſẽſati eũtes ad ĩuicẽ loq neqbũt. Decĩa die oĩa mõtana ĩ puluerẽ redigẽt̃. Vndecima ſurgẽt oſſa mortuoꝝ. Duodecĩa erũt tanq̃ ſtellae cadẽtes de cœlo: uel hoĩes q prius ĩ mũdo tanq̃ ſtellae ſplẽ-debãt ĩ ruinã cadẽt. Terciadecĩa moriẽt̃ oẽs uiuẽ tes: ut cũ mortuis reſurgere queãt. Quartadecĩa ardebit cœlũ & terra: & tm̃ aſcẽdet ignis quãtũ in die diluui aſcẽdit aqua. Quĩtadecĩa uero & ultĩa die fiet nouũ cœlũ: & noua terra: oẽſq; mortui ſurgẽt ĩmortales: & ĩ chriſti ætatis plenitudĩe. ſ. ãnoꝝ. xxxiii. Bõi abſq; ullo defectu natur̃: & gra uedine. Remiſſiſq; nature uitiis: cũ oĩ præſtãtia aĩæ. Et corporis dignitate: ac optĩa ualitudĩe: læti iucũdi: atq; gaudẽtes erũt. Mali uero ĩcorrupti & ipſi reſurgẽt cũ oĩ naturali defectu ꝓpria egritu-

dine: ac uitio quo mortui fuerīt: mœſti: afflicti: trepidi abſq; ulla cōſolatōe: & pace erūt: nouiſſimū expectātes iudiciū. De iudicio ſpeciali.

Vdiciū ſpāle eſt iudiciū dñi nři Ieſu chriſti q ſpecialiter ad iudicādū genus hūanū uēturus ē. Qđ qdē iudiciū ī tres partes diuidimus. In prima parte de aduētu iudicis dicemus: & ſaluatoris Ieſu chriſti. In ſecunda de damnatorum condēnatōe: & pœna. In tercia de gloria beato℞.

De aduentu dñi noſtri Ieſu chriſti.

Aduētus dñi nři Ieſu chriſti expletis prodigiis ſupius ānotatis erit ī ualle Ioſaphat: ubi ipſe chriſtus cū oī militia cœleſti beato℞ ſpūum: & ſācto rum oīum: ī aere eleuatus: in maieſtate diuīa: & hūana carne ſedebit ad iudicādū bonos: & malos reprobos: & electos. Boni uero: & electi ad dexterā iudicis ī nubibus a terra eleuati erūt. Mali aūt & reprobi ad ſiniſtrā dñi nři Ieſu chriſti: in terra proſtrati iacebūt. De pœna dānato℞.

Pœna igiť dānato℞ triplex erit. ſ. Pńtialis: ſētētialis: & æternalis. Pńtialis. n. tria in ſe pœna℞ gñā cōtinet: uidelicet. Senſitiuā. Viſiuā. Et expectatiuā. Sēſitiua pœna erūt dolores mēbro℞ graues: & gritudīes corporis īſanabiles. Viſiua pœna reprobo℞ erit uiſio: & aſpectus irati iudicis ī eos: & āgelo℞ appatus ad eos expellēdos ī īferni barat℞ necnō & atrocitas demōio℞ pata ad ipſo℞ ruinā

Adeřt etiā añ ipſoꝝ oculos totius clauſtra īferni apta: īnumerabilibus cruciatibus plena. Expectatiua pœna erit rancor: & trepidatio uehementiſſima: in expectando terribilem ſententiā dānatōis æternæ.

De pœna ſententiali.

Sentētialis pœna erūt horribiliſſima uerba Ieſu chriſti īcrepātis: dicētiſq; malis: ac reprobis. Eſuriui. n. & nō dediſtis mihi māducare. Sitiui. n. & nō dediſtis mihi bibere. Hoſpes erā: & nō collegiſtis me. Infirmus erā: & ī carceř: & nō ueniſtis ad me. Tūc reſpōdebūt ei dicētes. Dñe qñ te uidiūs ſitientē: aut eſuriētē: aut hoſpitē: aut nudū: aut īfirmū: aut in carceř poſitū: & nō miniſtrauims tibi? Tūc reſpōdebit illis. Amē dico uobis q̄cūq; diu nō feciſtis uni de mīoribus his: nec mihi feciſtis. Quāobrē ite maledicti in ignē æternū: q̄ pa-tus ē uobis: diabolo: & āgelis eius. Ad quæ ſtupēdiſſima: cōtremēdaq; uerba oēs dānati ſūmis cū ſtridoribus: atq; horrēdo ululatu cū īmūdis ſpiritibus ruēt ī īfernū.

De æterna pēa dānatoꝝ.

Aeternalis dēiq; peccatoꝝ pœna erit īfraſcripta. Martyrii diuerſitas: & cruciatus: q̄ qdē in æternū & ī ſeculū ſeculi māebit. Vñ oī ſpe pēitus amiſſa reprobi dānati: oēſq; in īferni baratro clauſi: hæc tria ī ꝑpetuū mala ſuſtīebūt. Malū. ſ. ſpāle. Malū ſociale. Malū gñale.

De malo ſpeciali.

Malũ ſpeciale eſt uniuſcuiuſq; peccatoris ſpālis pœna aīæ:& corporis:ut in hoc exēplo. Quilibet ſupbus iuxta id quod p ſupbiā magis:minuſue peccauerit:ita diuerſa:& ſpālia martyria ſuſtinebit:utpote. Si ſupbe qs locutus fuerit:lĩgua eius igne cōburet᷑. Si eleuata ceruice ſupbiā egerit:ſepultũ caput in ignē hēbit.

De malo ſociali.

Malũ ſociale erit quædā ordīata pœna: ut ī hoc exēplo. Oībus ſupbis dabit᷑ ignis acerbiſſiūs ſub pedibus luciferi. Auaris lacus feruētis liq̄facti auri dabit᷑ pœna. Luxurioſis picē feruētē dabit īfernns. Guloſis fluuius dabr̄ ſulphureus in quo ſũmerſi iacebũt. Accidioſi ī frigidiſſimo glatiaꝝ lacu puniēt᷑. Iracũdi in tenebris exterioribus: & īterioribus cũ dracōibus habitabũt:eoꝝ mēbra đuorātibus. Inuidi obſcuriſſimis ſpelũchis obtruſi: atq; cauernis:remāebũt cum uermibus: oēs eoꝝ ſenſus deuorātibus.

De malo gn̄ali.

Malũ gn̄ale ſt᷑ uniuerſe pœne quæ gn̄aliter dānatis cōtribute ſunt oībus. Tũ ſupbis:tũq; cæteris peccatoribus cuicũq; peccō ſubditis. Quaꝝ qdē pœnarũ aliæ intrinſecæ animæ. Aliæ exterius in corpor̄ ſũt. Aliæ deniq; interius:& exterius hn̄t᷑. Pœne aīaꝝ īteriores. ſ. xi. ſt᷑. Lachryme īteriores. Vermis cōſciētiæ. Timor. Pudor. Inuidia. Rācor Ablatio totius ſpei. Dolor creatōis. proterua fātaſia. Demēs cōſciētia. Profũdiſſīa deniq; triſticia.

Pœne corporis exteriores.ſ.ſūt.viii. Calor ignis. Stridor frigoris. Tenebræ. Clamor īproboꝝ. Siſtis acerbitas. Sulphuris fœtor. Vincula. Carcer.
Pœne uero īteriores:& extēriores.ſ.aīæ:& corporis ſūt.iiii. Aſpectū demonū. Carētia diuīæ uiſiōis. Carētia mortis. Furorq; iraſcibilis. Ve ue ue illis q ob uitioꝝ ſuoꝝ ad hæc merēt̄ ſupplicia deferri ubi ī æternū ſpes euadēdi nulla pēitus futura ē. Nā tūc beatoꝝ gloriā āplius ipſi etiā uidebūt: n̄ ad illoꝝ ſuffragiū: ſed ad ſui incēdii maiorē dolorē:& afflictōem.

De gloria beatoꝝ

Loria profecto beatoꝝ ī.v.diuidit̄ gaudia: q̄ ſt̄. Gaudiū ꝓlatū. Cōfirmatū. Ordīatū. Glorificatū. Et præmiatū.

De gaudio ꝓlato.

Gaudiū prolatū erūt dulciſſima uerba dn̄i nr̄i Ieſu chriſti ī extremo examīe dicētis ꝑblāda uoce: & iucūdiſſimo uultu. Vēite bn̄dicti pr̄is mei poſſidete regnū qđ uobis a mūdi origīe paratū eſt.

De gaudio confirmato.

Gaudiū cōfirmatū erit ipſa ſētētia ſaluatoris nr̄i ab ipſo ſaluatore nr̄o:& ab oībus ſcīs cōfirmata. Videlicet ꝙ oēs reprobi iuſte dānati ſint. Bōi aūt ad gloriā electi ſēpiternā remaneāt. His āt expletis q̄.ſ.ad beatoꝝ ſalutē:& ad dānatoꝝ: reproborūq; ruinā ꝑtinēt. Cœloq;:& t̄ra ꝑ ignē purgato: eadēq; t̄ra tāq̄ criſtallū puriſſimū renouata:& redacta ī plāitiē: oēs electi ī nubibus eleuati cū dn̄o

noſtro Ieſu chriſto: om̄iq; beatoꝝ ſpirituum mi litia: ſacratiſſimo iubilātiq; cū ſanctoꝝ cœtu glo riā cōſcendēt ſempiternā: in qua gaudiū ordīatū proculdubio erit.

De gaudio ordinato.

Gaudiū ordīatū ē illa ſūma lætitia quā electi hē būt ī dignitae cordis: & locatōis ſc̄tōꝝ beatoꝝ: & āgeloꝝ: ſicut ī ſubdito patebit exēplo. Nā ſicut ī āgelicis ſpiritibus ordinē mirabilē admodū inſti tuit deus. Nulli dubiū eē debet qn idē ī ſāctis ele ctiſq; ſuis facturus ſit. Vt q̄libet ī gradu ſuo glo riari poſſit in deo: quo frui in æternum ualeat.

De trinitate.

In ſublimiori p̄te cœli empirei i. padiſi glorioſiſſima trinitas: pater. ſ. & filius: et ſpūs ſāctus ī throno tā̄q̄ ī piali ī ſede q̄eſcet: ī die vii. ī q̄ ab oī ope ſuo q̄d patrarat ceſſaturus ē. Ad cuius d̄xterā dn̄i nr̄i Ieſu chriſti ſedebit hūanitas & btā uirgo eius ab alt̄o later̄ mā̄ſura ē. Huic aūt ſedi pro recliātorio erūt Seraphin. Cerubī. Dn̄a tōes. Prīcipatus. Poteſtates. ac uirtutes. Thrōi p̄ ſede dei aſtabūt. Septē uero archāgelorū ſpūs co rā dei maieſtate aſſiſtēt. quorū tria hæc hn̄t̄ noīa Gabriel nūtius d̄i. Raphael medicīa d̄i. Michael iuſticia d̄i. Cuius offm̄ uſq; ad diē iudicii merita aīaꝝ ē cerner̄. Angelis præcipe: & archāgelis iuxta formā iā ī ſupiori mūdo artipico ordinate cōſcri ptam Nā ēt de ſcōꝝ ordīe p̄ tres gradus ī thro no dei exiſtētiū: dabimus exēplū tale.

Gradus primus ſublimior locus ĩ throno ē: ubi ĩ nocētes in Apocalipſi hĩtar̃ ſub ara dei deſcribũt̃ Cũ qbus etiã Ioſeph dñi nr̃i Ieſu chriſti nutricius pōit̃: ut q ſaluatoris infantiã nutriuit infãtiũ cõſortio foueat̃.

De ſecundo gradu.

In ſcđo gradu q̃ttuor ſedebũt euãgeliſtæ: q uitã mores: doctrinã: paſſionē: mortē: reſurrectionē: aſcēſionē. Et oĩa q̃ ad chriſti fidē ptiner̃ uidebãt̃: tã ore q̃ calão toto prædicauerũt orbi. Quē chriſtũ ſãguine ſuo pueri nutritũ fuiſſe teſtati ſunt.

De tercio gradu.

Gradũ terciũ diciũs ĩ quo doctores hĩtãt q tãq̃ euãgeliſtaꝝ repetitores: doctrinã quã ab ipſis magno ĩbiberũt ſudor̃: nobis ĩſu dãdo facillimã oñdert.

De locis ſãctoꝝ.

Rius ſãctoꝝ locus dr̃ ĩ quo btũs Ioãnes baptiſta cũ apoſtolis. Et Adã cũ pr̃iarchis in circuitu thrõi ſedebũt cæteris altiores. ubi Maria magdalēa cũ Diſmas. i. cũ latrõe ſic noĩato tanq̃ miſericordiæ principaliora exempla ſũmi: & glorioſiſſimi dei conſedere uidebunt̃. Diſcipuli dñi noſtri Ieſu chriſti: cum iudicibus: & populi regibus ueteris teſtam̃ti. ſ. Moiſe: & Dauid: in circuitu throni erũt ĩ ſecũdo choro gaudētes. In tercio choro martyres noui: cũ uetuſtiſſimis athlete cõſortes erunt. In quarto choro pontifices romanæ eccleſiæ: cum pontificibus antiquis legis hebreorum ſtabunt ad inuicem gaudentes. Erunt

cõfeſſores nõ pontifices cũ prophetis ĩ.v.choro.
Virgines cũ uirginibus manebũt ĩ ſexto. In .vii.
uiduæ cũ uiduis qeſcent. Octauus chorus habi-
tatio erit cõtinentiũ cũ cõtinentibus. Deniq; con
iugati cũ coniugatis priſtinæ legis inuicem gau
debunt.

De gaudio glorificato.

Glorificatũ gaudiũ eſt gloria quæ diuerſas digni
tates aĩabus: & corporibus electorũ cõtribuit: ut
hic ĩferius latius cõtinetᷣ.

De gloria paradiſi.

Loriã paradiſi eẽ nihil aliud ſcirᷣ debemus:
niſi ꝙ ſit deus oĩpotens: q ĩ trinitate uiuit
& regnat ĩ ſecula ſeculorũ. Cuius gloriæ tãta eſt
maieſtas ut oĩum ſeruorũ ſuorũ aĩæ: & corpora
poſt iudiciũ ĩeffabilẽ læticiã cõſequãtᷣ. Quoꝝ di
gnitates tã in qualitate q̃ in q̃titate: & maxĩe: &
diuerſæ erũt. Aliæ nãq; proprie ſũt aĩæ. Aliæ cor
poris. Aliæ aĩæ & corporis. Dignitates ſũt in his
tribus potentiis in qbus ad dei imaginẽ creata eſt
aĩa: ultra tñ materiã creatõis. Nã minor aĩa para
diſi: memoria: intellectu: & uolũtate: plus a deo:
& ab oĩbus creaturis capit: q̃ oẽs demões cum oĩ
bus dãnatis. Vnde erunt aĩaꝝ dignitates multo
magis in paradiſo poſt iudiciũ digniores ꝑꝑ cor
poꝝ unionẽ. Quæ animaꝝ dignitates ſunt ſex.

De dignitatibus animaꝝ.

Rima dignitas aĩæ eſt cum ĩtellectu deum

cognoſceř ieffabili cognitõe. Et oĩum creaturarũ diuinarũ: humanarũq; rerũ ꝑpetuã: & uerifſimã hře cognitõem. Scđa dignitas aĩæ eſt: æternã pr̃is potentiã: filii ſapĩam: ſpũs ſancti charitatẽ uera citer ſupra exceſſũ nature ĩtelligeř ꝑticulariter. ſ. ĩ bõitate: pietate: iuſticia: miſericordia: & cætera. Nõ tñ uno mõ oẽs aĩæ ꝑcipiũt. Alie plus. alie minus: quelibet ĩ gradu: & portõe ſua. Tercia dignitas ẽ cũ mẽoria reminiſci cũcta dei magnalia: facta: quæ facit: & quæ facturus ẽ: ſecundũ cõem: aut ꝑticularẽ: in magis aut minus cognitionẽ: tñ ſupra exceſſũ natuř aĩarũ: & ſpũum malignorũ Ita mẽoriæ dignitas tãta erit: ut oĩum hoĩum: & beluarũ genus ĩ cõi: & ꝑticulari colligat cognitõe et oĩum ſcientiaꝝ dogmata q̃ dilucidiſſĩe. Ineffabiliter poſtrẽo quæcũq; glorioſa ꝑcipiet aĩa: tenebitq; ĩ ꝑpetuũ. Quĩta digĩtas aĩæ ẽ ĩmẽſa cũ charitate uolũtatẽ ſuã ĩ dei uolũtate ita poſſe uniri: ut uolũtas dei ſit uolũtas aĩæ: & aĩæ uolũtas dei ſit. Vltĩa dignitas deniq; aĩæ eſt. Charitate diuĩa fruẽdo: magis: magiſq; augẽdo uſq; ĩ ĩfimũ deo frui poſſe. Et tã ĩ gloria angelorũ: q̃ ſãctorũ ſpũum: & oĩum beatorũ lætari: ut & ipſi maiorẽ gloriã ſemp: & dignitatẽ acqrentes ſint. Quæ qdem dignitas in. xii. dotes exponiť: ut infra patebit.

De dotibus corporum: dignitatibuſq;.

Rit.n.corpus humanũ de natura elemtali ſicut ĩ ſeculo erat. Veruntñ pp glorificatio nẽ: & diuinã purificationẽ ĩmutabit de dignitate ĩ dignitatẽ. De defectu ĩ uirtutẽ. De paſſiõe ĩ impaſſibilitatẽ: hoc mõ. Vbi erat cõdenſũ: gracile fiet: & ſubtiliſſimũ: ita ut mõtes & pietes trãſirẽ ualeat: tãq̃ ſi p aerẽ uolaſſet. Erat tarditate oppreſſũ: tũc oẽm hẽbit uelocitatẽ: ita ut ĩ momto oculi totũ poſſit orbẽ peragrare. Si nigrũ fuerat: aut obſcurũ: adeo lucidiſſimũ fiet: ut ſepties ſolis ſuperet ſplendorẽ: & ĩpaſſibile ab oĩ afflictõe prorſus remanebit alienũ. Tãta ĩſup agilitate dotatũ erit: ut a cẽtro terræ uſq; ad ãgelicos ordĩes ſcãdere poſſit in momto. Ita etiã robuſtũ & forte erit: ut ſolus caſtra: ciuitates: mõteſq; a radice ualeat euerterẽ. Glorificatis corpibus: & ab oĩ pẽitus egritudĩe priuatis: tũc mira ppetuaq; pulchritudine erũt decorata. Sup oĩa aromata redolebũt: optĩa plenitudĩs Chriſti iuuẽtute reformata. Deniq; egregiis adornata ſẽſibus ĩuiſibilia cernẽt: ĩaudita audiẽt: & quæ nõ licet hõi loq audacter fari poterunt. Odoramentorũ fragrãtiã odorabũt ineffabilem. Cibum demũ angelicũ corpora guſtabũt humana: & diuino ſaturabuntur potu.

Diximus.n.aĩarũ: & corporũ gloriã: dignitatẽq; in ſpeciali. Quid nunc in cõi habeant excellentiæ breuiter uideamus.

Ax erit his ppetua: & ab oī pturbatiōe aliēi penitus erūt. Nā omēs btī æternā cōcordiā ppetuā læticiā: & qetē iucūditatē: & dei āgelorꝝq; dilectionē: necnō & beatorū ipſorū diuinā ad inuicem cōſeruabunt amiciciam. Tunc oībus erit laus: decus: & poteſtas.

Quātū.n. ad beatorꝝ gloriā ptīet: nos ſatis dixſſe arbitramur. Igr̃ de gaudio ſequamur præmiato.

Audiū præmiatū oīum ſāctorꝝ gaudiū eſt iuxta q̄litatē bonorꝝ operū ſuorū: ut hic ꝑpe māīfeſte appet. Duplex eſt.n. pr̄iæ æternæ ſāctorū præmiū. Quātitatis ī ſpāli. Et dignitatis. Quātitas beatorꝝ præmii ī triplicē numerū diſtīguit̃. In cētenū.ſ. qđ ſāctis offert̃ uirginibus. In ſexageſimū qđ uiduis dat̃. In trigeſimū qđ omībus coniugatis attribuitur. Dignitas præmii duplex eſt.ſ. Gradualis: & Coronalis.

De dignitaie graduali.

Eſt dignitas gradualis de qua ſupius ad plenū ꝑ choros ſcripſimus. Nā maior dignitas ē apoſtolorꝝ q̄ diſcipulorꝝ. Qm̄ aliæ ī choro patriarcharū poſitæ ſunt. Aliæ uero apoſtolorū: oēs iuxta meritū ipſarū.

De dignitate coronali.

Dignitas corōalis ē aureola quæ tāq̄ corōa pro dignitate ſolis uirginibus: doctoribus: atq; martyribus attribuit̃. Sed martyres ſūt nō ſolū ii q mar

tyriũ gladii ſuſcipiũt. Veꝝ & q pro deo: pro fide pro religiõe: & pro bono proximi cõtinuũ hoc in mũdo martyriũ ſuſtinẽt tribulationũ: qa & ipſi laureolã hr̃e merẽt. Ad quã qdẽ gloriã: dignitatẽ & coronã prænoĩatas huius operis nr̃i lectoré per uenire faciat oĩpotẽs deus. Ad cuius laudẽ: & ho norẽ æditũ eſt hoc opuſculũ. In quo a principio creatiõis cũctarũ rerũ: uſq; ad perfecti iudicii ho rã oĩa breuiter enarrare curauimus. Itaq; filioli mei ad quorũ ĩſtantiã: ac etiã utilitatẽ ipſum ad ſcribendũ cõtuli: ſi plus: minus q̃ debuerã cõſcri pſerĩ: corrigẽda correctõi exponẽs: uenia dignus apud uos hr̃i uelĩ. Si ãt cõducibile qd: memoria: protulerĩ: id nõ mihi: ſed ſoli deo attribuendũ iu dicetis. Qui deus oĩpotens oĩum ĩ ſe fideliter cre dentium ut fuit cõditor: ſic & ſaluator exiſtet ĩ fine ſeculi. amen.

At iterũ: atq; iterum hæc oĩa quæ ſuperius dixe/ rim: ſcripſerimue ĩdecenter: aut quæ nõ debuerã licueratq; protulerim: ſacræ pagine offero docto ribus corrigendum.

Actum quoq; hoc opus ex inclyta: famoſaq; offi cina Nicolai Ieſon gallici. anno dominice natiui tatis. M.cccclxxx. quintas nonas Iulias.

Ad fratres ſuos Cartuſienſes domus ſanctorum Hieronymi & Bernardi prope Paduam de īmenſa charitate dei. Præfatio.

Icut pridiæ de īteriori humilitate: & patientia locutus ſum uobis dilectiſſimi fratres: ita & nūc de ſūma dei charitate ſermonē facere propoſui: ut queādmodū iudicia dei acerrima audiſtis fieri in ſupbos pro acqſitione humilitatis in ſalutē. Et iudicia in humilibus pro conſeruatione hūilitatis. Ita pcipere poſſitis dilucide q̄ & quanta electis ſuis dn̄s ſuauiſſima largiat̃: & donet is q tribulato corde fuerūt. Quibus ſemp prope fuit: ē: & erit: uſq; ad conſumatione ſæculi. Vnde & nos ī ipſum ſpare debeū: qa poſt tēptationes: tribulatōes: & anguſtias pp eū: de gaudio: & læticia ſempiterna nobis prouidere dignabitur: dicente domino. Vos qui ſecuti eſtis me: & cætera. Quid ſit charitas dei.

St. n. charitas dei ī electis in hac. ſ. mortali uita nihil aliud niſi arra diuīe fruitionis: quæ p diuerſa ſpiritualia media cognoſcit̃. Media autē prīcipaliora ſūt qnq;. Gr̄a uocationis. uidelicet. Gubernationis. Correctionis. Refectionis. Et coſolationis. De uocatione.

Ratia uocationis eſt mediū p q̄d deus quē

diligit ad atriũ ſuæ ſacræ religionis trahit. Vnde ſaluator noſter ait. Nemo uenit ad me niſi pater meus traxerit eũ. Ille equidẽ ducit̃ & uocat̃ a pr̃e q non hũana induſtria ductus: & ſua fretus pru dentia audet oĩa æquanimiter tollerar̃ poſſe: ſed aut ĩtima contritione cõpunctus de peccatis: aut diuino uulneratus amore a corde penitus ſæculũ cum oĩ gloria ſua extinctũ eſſe cognoſcit. Et nõ tam̃ uirtute ſua hoc eſſe credit: ſed a diuina oĩno eueniſſe miſericordia ueraciter putat. Nã per ſe ipſum non ſolũ cogitat mundũ deſpicere poſſe: ſed nec in ipſum uiuere ſcire optime noſcit: dicẽ te domino. Plantatio quã nõ plantauit pater me us eradicabit̃. Ideo aĩaduertendũ eſt in acceptan dis nouitiis an a deo uocati ſint: an ab humana prudentia. Nam alii ducti ſunt a natura. Quia aut Saturnus: aut Iupit̃ prædominatus ẽ ſacris moribus dominant̃. Alii a terrore pœnarũ infer ni trahuntur. Quia forte præoccupati malanco liæ gradu quodã: eligunt ĩ hoc mundo magis af fligi: q̃ ĩ tartareis deputari facibus. Alii uero a do mino uocati: nec naturam ſequuntur humanã: nec terrorem uerentur æternum. Sed diuina tan tum freti miſericordia in filii ſui domini noſtri Ieſu chriſti honorem: & laudem: oĩa poſſe uera citer credunt. Ideo nõ curant de dilatione proba

tionis ſuæ: qa iam in corde eorum approbata eſt uoluntas ſua. Vnde talibus omnia facilia ſunt ĩ probatione: tam in uigiliis: q̃ in ieiuniis: in ſcilen tio: & cæteris obſeruãtiis. Et ideo dicitur. Ab ope ribus eorum cognoſcetis eos. Vos autem dile ctiſſimi fratres ĩmenſas deo gratias agite: quia uera fuit uocatio ueſtra: ſicut ego expertus ſum diuerſimode: multiſq; modis. Vnde mirabilia dei cognoui: & uidi: & præſertim in dilecto meo Qui quum puerulus eſſet: & a. d. F. inſecutus: & omnino licentiatus præ ætatis ſuæ teneritudine: latitabat per oculta domus: donec puerilis patiẽ tia ſenilem ſuperaret auſteritatem. Ideo optima eſt: & ſancta conſuetudo noſtra per ãnum in ſæ culari habitu gratiam experiri.

De directione paſtoris.

Edium uero directionis eſt per quod deus dirigit animam dilecti ſui in manu præcæ ptoris: & rectoris: quos ipſe elegerit ſpecialiter ꝓ inſtructione: & gubernatione electorũ ſuorum. Ideo propter deum uenerandi ſunt: & colendi a diſcipulis: & ſubditis eorum: ne dominus iraſca tur contra filios ĩgratos rectoribus: ac præcæpto ribus ſuis. Animaduertite ergo: & uidete chariſſi mi ſi medium dedit uobis dominus: nõ dico præ teriti præcæptoris: ſed ad præſens rectoris omni

humilitate præditi:& gubernatoris uobis mediũ deus elargitus eſt infinita charitate ornati. Vnde in humilitate:& charitate perfecta deus ipſe eun dem patrem probatiſſimũ uos eruditos eſſe faci at. Itaq; capite ab exemplo eiuſdẽ patris prioris ueſtri:& mei: humiliandi iugum omni humane creature propter deum:ſicut hic ſãctus pater ue- ſter in me facere cernitis : in meam correctionem inquam & ueſtram doctrinam. Quid de eius in extimabili charitate dicam? quum pro pace:& ſa lute noſtra:patriam:domum:& proprios fratres dereliquerit:& peregre profectus ſit per intenſos calores: Hic laboribus fractus pre magnitudine uiæ: itinerisq; acerbitate non fuit conturbatus : neq; conqueſtus:ſed tanq̃ agnus manſuetus ad uictimam ductus onus benigniſſime ſuſcepit re gendi uos:& me cũ tota domo ueſtra:& noſtra ſi mul. Quid ultra loquar? Hic eſt alter Moyſes de quo ſcriptum eſt. Mitiſſimus erat pre cæteris ho minibus uniuerſæ terræ. Beati nos ſi ei credimus ſed ue nobis:& uobis ſi ĩgrati erimus.quia lepra Mariæ cadet ſuper nos . Diligamus ergo eum ut patrem. Veneremur ut rectorem animarꝫ noſtra rum. Et ad imaginem & ſimilitudinem dei cola- mus eum:qa nobis a deo datus eſt in ducem.

De correctione dei.

Edium correctionis ſunt ille temptationes quibus dominus ſuperbos quos recipit flagellat in ſalutē. Et humiles quos diligit: corrigit: & caſtigat. Vnde non minus per hæc aduerſa immenſa dei charitas cognoſcitur ī electis: q̃ per cætera alia dulciora media. Nam quia profuiſſet infantulo lac dulce ſuxiſſe genitricis: ſi correctio genitoris non corriperet adoleſcētiam eius: & eum in ſolidum pani non aluiſſet. Vnde q̃to maiora ſũt uulnera diligentis: tanto ſunt fœliciora gaudia patientis. Itaq; fratres patienter diſcite iugũ domini a iuuentute tollerare: ſi ſenio illud ſuaue & onus leue fieri peroptatis: ſcriptura atteſtāte. Iugum. n. & cætera.

De refectione dei.

Edium profecto refectionis eſt unde iuſticia miſericordiæ dei freno detenta deſiſtit a plagis: & uirgam correctionis reponit: atq; ad tēpus abſcondit. Tunc quieſcit animus a uano timore: & amore. Tunc oculi ceſſant ab ītuitu uano. Aures obturātur mundo. Lingua ueluti diu feſſa a murmuratione ſcilet. Manus illicita: & uana deſinit exercere. Similiter a frequētia inceſſus pedes refrenātur. Memoria obliuiſcitur malorũ: reminiſciturq; miſericordiarũ dei: & circa licita: deuota: & ſancta uerſatur. In quibus ſimiliter ratio: & intellectus: qui obſcurabant in tenebras ex

teriores: ubi aderat fletus: & ſtridor dentiũ: diui/
no nunc lumine illuſtrati cernunt quæ dei ſunt.
Voluntas uero ſtabilit̃: & figit̃ in Chriſto. Mens
autem quæ captiua ducebat̃ p foros: & plateas:
per hoſpitia coinquinata uſq; ad choros puella
rum: & iuuenum laſciuias: puerorũq; ludibria.
Nunc tanq̃ morbido lecto in ſinu domini Ieſu
ſoporatur: & dormit. Vnde innouatus totus: &
reformarus in pace reficitur: & anima: & corpore
ſolidatur: iuxta promiſſum domini dicentis. Ve
nite ad me omnes qui laboratis: & onerati eſtis:
& ego reficiam uos. Tunc tempus eſt orationis:
et deuotõis: tunc colloquia fugienda ſunt: & uiſi
tationes: necnon & recreatões ſenſuales. Sed ma
gis: magiſq; in ſolitudĩe: & ſcilentio lectionibus
illis inſiſter̃: quibus in humilitate: & charitate re
formatus ille erudiri poſſit: cum meditatiõibus
cõtinuis Ieſu chriſti circa eius natiuitatem: uitã:
paſſionem: mortem: reſurrectionem: & aſcenſio
nem. Et ſic perſeueranter agere donec ad ultimũ
producamur medium conſolationis.

De conſolatione ſpirituali.

Vintum ultimũq; medium conſolationis
eſt p quod ſuauis dñs ſeſe dilecto ſuo poſt
eius reformationẽ in fide: & in humilitate confir
mationem oſtendere intenderit: iuxta illud pro/

phete. Guſtate:& uidete qm̃ ſuauis ẽ dominus. Guſtate inquit primo:deinde uidete ait. Ideo de guſtu ĩ ſenſatione dicẽdum eſt. Demũ de diuina uiſiõe quod a deuotis audiui loquar. Guſtatio in ſenſatione diuerſa eſt:et uaria in ſenſibus. Tamen ſemper a domino diffuſa eſt:unde periculoſa eſt:& in cognitione ualde difficilis:præſertim inexpertis:quia diabolus conuertit ſe aliquando in angelum lucis:& ſimiles deguſtationes:uiſiones:et reuelationes dare:et oſtendere poteſt:dicẽte apoſtolo. Ipſe ſatanas trãſfigurat ſe in angelũ lucis. Non deſinam tamen de his uarietatibus aliqua uerba facere:cũ remediis in illis neceſſariis et opportunis.

De exemplo cuiuſdam iuuenis in diuerſis ſenſationibus ſpiritus.

Vdiui a quodam iuuene qui dum ſemel ĩ ambulatorio domus ſuæ perambularet cogitans unde hoc ꝙ tot pulcherrimi:et diuites iuuenes:et puellæ:charos derelinquentes parentes et cognatos:necnon et ſæculum. Et ad ſacrũ gremium confugiunt religionum: ubi omnis auſteritas uitæ reſidet: & ſeueritas morũ ad unguem obſeruatur. Et quomodo tenera ĩfantia hæc oĩa pati poſſet:& ſuſtinere. Et ecce tunc quædã ſubita & repentina ſuauitas facta eſt in pectore cogi-

tantis ita immenſa q̃ uix ſe continere poterat a clamoribus. Sed ne a parẽtibus audiretur ui manu ora clauſa tenuit: donec curſu quendam ſecretum locum petiſſet. Et quãprimũ illuc applicuit ſuauitas illa penitus euanuit. Iuuenis autẽ ſtupefactus admirans mirum ĩmodum pectora palpare cœpit dicens. Quid hoc eſt domine domine mi dulciſſime? Nunquid hoc eſt unde alliciũtur qui ad brauium currunt ſacrarum religionum? Si ita eſt trahe etiam me poſt te in odorem unguentorum tuorum: iam captus ſum: et uulneratus: unde non deſeram te amodo: donec indicabis quid uis ut faciam. Hic adeo inebriatus: bacatuſq; amore Ieſu chriſti permanſit: ut die noctuq; non ceſſabat aliquando corde: aliquando ore exclamare. Veni domine tempta me: ure renes meos: & cor meũ. Et ecce audiuit eum dominus Ieſus: qui tãta ſuauitate: & dulcedine repleuit uiſcera eius: ut perſepe proſtratus uolutabat̃ ſpumas euomendo in ſuperiori ſolario: ubi ſecreto habitabat cubiculo: ſicq; occurrerat illi pluribus diebus tempore orationis. Qua de re ad deſiderium deductus eſt relinquendi ſæculum: eiuſque delitias pedibus conculcandi: dicẽte cum propheta. Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: magis q̃ habitare ĩ tabernaculis peccatorũ: & cætera. Ideo

ad quendam peritū ſeſe contulit religioſum pro informatione tantæ rei: cui ſecretum ſuum dilucide aperuit. Ille uero uir ſenſatus ad experimētū gratiæ dure increpauit iuuenem: et minatus eſt eum dicens: ꝙ multi talia guſtarūt: et lapſi ſunt in profundū inferni. Quia propter ſuauitatem quam ſentiunt deo ſeruiunt: et non propter Ieſum chriſtum. Nam dilectores chriſti in paſſiōibus pro chriſto delectant̄: non in guſtu ſenſationum. Vnde iuuenis ille ad lachrymas conuerſus pollicitus eſt nunq̄ amplius talia petere: īmo oī conatu ſimilia fugere: et euitare: et ad omnia aduerſa pro nomine Ieſu diſpōere: ſeq; præparare. Quāobrem per ſex fere menſes nec auſus fuerat ad cœlum oculos eleuare pre timore: et rubore: donec in ſacra conſtitutus religiōe ita ſuperatus eſt a ſuauitate: et dulcedine ſpirituali uariis modis: certiſq; horis ꝙ negare nō poterat: ſed magis conſentire gratiae oportuit: et in domino cōfider̄ et nutui diuino aſſentire neceſſe fuit. Quia per hoc ſpes: fides: et charitas augebātur in eum. Vnde fortior habebatur in temptationibus: et in tribulatōibus. Et in contumeliis humiliari ſeſe magis: magiſq; ſentiebat. Eo quia a demone ab hominibus: et ab ipſo deo per ſeptem fere ānos grauiter fuerat pſecutus: ut ne conſolatio: et ſuaui

tas ſpiritualis animā ſeruuli per extolentiā gr̄arꝫ deducerent in perditionē. Circa talia plura mihi dixit: quæ uera eſſe arbitror: & præſertim ꝙ dum ſemel completoriū pulſaret (quia ſacriſta erat) q dam prouītialis ſuus tergo illius adheſit: qui ad uertens de reuerentia patris ſui: quam diu nō ui derat: ad pedes eius q̄primū ſe prouoluit: lābens quoqꝫ ſtiualia eius. Et cōtinuo ſurgens ſenſit ſin tillas dulcedinis p totos corporis artus: quas diu non ſenſerat. Non tn̄ durabant: nec īualeſcebāt donec ſtratum intrauerit ad quieſcendū: ubi im menſo uidebatur obumbrari lumine ad inſtar ſo lis: tali: tantaqꝫ dulcedinis magnitudine: ut alta exclamare uoce cogeretur: dicendo. Quis es dn̄e? Vnde hoc mihi? qa peccator ſum: nolo decipi: nolo. Adiuua me dn̄e Ieſu chriſte: qm̄ niſi a te ta lia minime habere intendo. Si tu es dn̄e me tibi cōmendo. Noli me confundere: hen morior: mo rior: nec huiuſmodi dulcorē ferre poſſū præ ma gnitudine ſuauitatis illius: & ſic inter hæc uerba deficiebat. Iterum reuertens: ad clamores conuer tebatur ſuperiores: uerba ſimilia faciens: donec hora matutidinalis appropinquaret. Timens au tem ne propter ſe ſcandalum oriretur eccleſiæ ex clamando aiebat.. Domine ſi tu es qui me indi gnum uiſitas non pmittas officia tua inordinate

tranſire. Tunc ſtatim ſoporatus per dimidiam
fere horam remanſit. Congruo quoque tempo-
re ictu maximo percuſſum eſt ſcabellum quod
ſtratui adherebat. Vnde expergefactus præfatus
ſacriſta: omnia ordinate perfecit: quæ matutina
lia decebat officia. Semper tamen ſcintillas ſen-
tiebat donec ad ſtratum reuertiſſet: ſoporādi gra
tia: ubi quidem ritu quo ante matutinas ualide
iam guſtauerat a domino uiſitabatur. Sicq; uſq;
ad quindecim dies perſeuerauerūt: & ultra: Sed
ſemper tamen tempore dormitiōis more ſupra
dicto: tam āte matutinum q̃ poſt matutinum.
Deinde quidem multa aduerſa: & proſpa occur
rerunt ei. Aliquando deſiderio deſiderabat ſenti
re de domino. & tamen non ualebat. Aliquando
ſe putabat abiectum: & derelictum fore. Et tunc
amenitate perfuſus mori uidebatur pre magni-
tudine dulcoris. Tandem immutata eſt manus
domini in eum tam ualide: tamq; acerrime: ut
non dei amicus amplius putaretur: ſed iniquita-
tum omnium ſeruus: & luciferi filius fieri crede
bat: ſicq; durauit per annos aliquos. Tādem mi
ſericordia motus dominus Ieſus iterum reforma
uit eum. Et in paſſione ſua ita roborauit: ut me-
ditationem guſtaret uulnerum ſuarum: & illa la
chrymabiliter fleret. Affatus eſt etiam ꝙ pluries

tempore nocturnæ dormitionis iacens : aliquan do uigilans : aliquando dormiendo eleuabatur ſpiritus eius ſuper cœlos. Neſciebat tamē unde: aut quo modo: ſed uidebatur ſibi ꝙ in altum ni mis duceretur: ubi quaſi de cœlo in cœlum fere batur. Qui quidem cœli uitrei apparebant: in quibus magni ſolis radia intenſa penetrabant. In ſubleuatione uero eius in altum: inextimabili ſuauitate: & dulcedine (donec in ſe reuerteretur) fruebatur. Nōnunq̄ uero (quod credidit) atteſta tus eſt polorum armoniam propriis auribus au diſſe. Quoniam omnium genus muſicorum ita diſtincte: ac diuiſe perceperat: ꝙ uidebatur cœlo rum unum plenū fuiſſe citharizantium in citha ris ſuis. Aliud plenum pſalteriis. Aliud cimbalis. Aliud ī timpano. Aliud abūdabat choris. Aliud uero organis pulſabat. Aliud profecto cœlum in tubis iubilabat. ita ut q̄primum tali ſuperatus amenitate in quieto ducebatur ſopore uſque ad congruum expergiſcendi: ac ſurgendi tempus. Aliquando dum in oratione: aut extra eſſet affir mabat tali: tantoq; ameniſſimo ſapore: guſtuq; melifluo toto repleri corpore: a uentre uſque ad oris pallatū ꝙ nec uerbum facere: nec artus aliq̄s per ſe moueri ualebat. Alia plura: ac diuerſa mi hi dixit: quæ longa eſſent ad narrandum. Sed

non minora fuiſſe approbabat quæ per tempta tionum aduerſitatum: & perſecutiōum afflictio nes: & anguſtias patiebatur: q̃ dulcia illa: & ame na quæ poſtea deguſtabat. Altiora protulit: & miranda: de quibus loq humana uereor lingua: ne forte fabulator potius dicar q̃ ſummæ uerita tis pronuntiator. Attamen uera ſunt: & non mē tior. Nouit deus quia nō a uiro mēdaci prolata fuerunt. Nunquid ergo ſcilebo? nequaq̃ porro imo proſequar ſermonem de ſpirituali cognitio ne: & uiſione: & coniugio dei cum animabus ele ctorum. Deinde aperiam ſecretum ſecretorum amici mei.

De medio conſolationum ſpiritualium.

Edium autem hoc ultimum: atq; nouiſſi mum eſt conſolatiōis. De quo ait prophe ta. Vitæ: & cetera. ut ſupra per quod deus non in ſenſibus corporeis: ſuauitate: & dulcedīe ſenſiti ua: pœnali: aut confortatiua uiſitat dilectum ſu um. Sed ſpiritualiter in potentiis animæ tanta ſuæ potentiæ: immenſe ſapientiæ: æternæq; cha ritatis ponit cognitionem: guſtum: uiſionem: et intelligentiam ꝙ ſupra naturam percipitur: gu ſtatur: uidetur: atq; intelligitur: quæ oculus non uidit: & cetera. Virtus enim dei poſt corporeas ſenſatiōes: & anguſtias plurimas ita ſegregari ſo

let nonnunq̃ quod nocuum eſt ſenſibus : ut ani
ma non in corpore eſſe: aut in terra uideatur: ſed
ſuper aſtra. Et aliquando terram conſpicit: & to
tam mundi machinam infert cœlos pro cẽtro cer
nit quaſi ouum ſtrutii. Et hoc dico quia ab ami
co meo percæpi ſibi talia eueniſſe ſpatio dierum
multorum. Quod quum aut miſſam celebraret
aut diuinum perſolueret officium ſuppeditare
polos: & aſtra: planetaſq; ſibi uidebatur. Et quũ
de paſſione meditari uoluiſſet inferius in centrũ
nouiſſimæ ſperæ. ſ. lunæ mẽte conſpiciebat. Ve
rumenimuero quando empireum cœlũ uerſus
aſcendere curabat: alios tranſcendere uidebatur
cœlos. Aliquando luminoſos: aliquando nubilo
ſos: aliquando aereos: aliquando obſcuros. Sem
per tamen in deſiderio uidendi dominũ: non in
humana effigie tanq̃ homines : ſed tanq̃ deum ĩ
ſpiritu: quia nec ſeipſum cognoſcebat humanũ:
ſed a corpore alienum animum nouerat inuiſi-
bilem: ac impalpabilem : cognitione indicibili.
Nam etſi animam ſuam uiderat oculis ſpiritu-
alibus: corporea tamen lingua indicare nequiuiſ
ſet. Sic itaq; omnipotens deus per potentiam im
menſam: & inextimabilem ſapientiam: ineffabi
lemq; charitatẽ ſuã percipitur ſpiritualiter ĩmen
ſus: ſapiẽtiſſimus: & optimus. Guſtat' aũt deus ĩ

anima ſpiritualiter per pacem mẽtis: & corporis
cum abſtractione animæ ab omni officio corpo-
reo. Vnde in deo eleuatus uidens eum: aut nõ ui
dens: tamen ſpiritualiter guſtat de deo. Sicut a
ſecretario noſtro intellexi: ꝙ aliquãdo tanta frue
batur pace in deo: ꝙ ſi ĩ ſe: aut extra ſe eſſet igno
rabat. Verũtamen guſtare dicebat: ſed non mo
re ſenſationum corporalium. Cernitur: & uidet
deus nõ ut prædixi in humana forma: ſed in ſpi
rituali aſpectu alieno ab omni naturali cognitio
ne. Niſi forte quando archanum aperitur a dño
mirãdum: diuine. ſ. humanæq; unionis domini
noſtri Ieſu chriſti. Vnde ueraciter cognoſcitur ꝙ
dominus ieſus ipſe ẽ deus uerus. De hac uero co-
gnitione ab eo qui mihi alia aperuit intellexi: ꝙ
ſtupor inenarrabilis inuãſit eum: quando domi
num ieſum eſſe deum ſpiritualiter percaepit. Af
firmans: teſtificanſq; ꝙ tanta ſit differentia ab
hac ſpirituali cognitione Ieſu chriſti: uidelicet ꝙ
ſit deus: ad illam qua humana: deuotaq; plebs a
dorat: quanta eſt inter credere: & non credere: in
ter certũ: & incertum. Et hoc ſolũ expti atteſtari
poſſunt

De ſpirituali dei uiſione.

E uiſione dei qualiter in ſpiritu uidetur: il
le qui affirmabat eum aliquãdo ſpiritu ui
diſſe qualis eſſet explicare mihi non ualuit: nec

ego qualiter cernit deus uobis oſtendere potero. Sed unum illud dicã uobis quod ab eo audiui. Cum domino non in ſomno: ſed uigilando locutum fuiſſe ita familiariter: ſicut ſolet dilectus filius cum piiſſimo patre: conſcilium expoſcens: petenſq; ab eo auxilium. Itaq; dicebat eum uidiſſe forma inuiſibili: & ineffabili: ueruntamẽ uidiſſe eum affirmabat ſæpius.

De intelligentia dei.

Eſtat chariſſimi nunc indicare uobis qualiter deus intelligitur. i. qualiter noſciter uoluntas eius in nobis. Intelligitur enĩ deus per correctionem: per inſpirationem: per uiſionem: per reuelationem: per experientiam.

Qualiter deus per correctionẽ intelligitur.

Ntelligitur deus per correctionẽ quãdo tẽptatio: aut tribulatio trahit peccatorem ad cognitionem proprie miſeriæ. Vnde exclamãdo ad cœlum dei auxilium poſtulat. Et contritione ductus pœnitentiã quærit accuratiſſime: ac nun q̃ amplius redire ad uomitum ſe proponit. In hoc cognoſcitur itaq; ꝙ deus corrigit omnem filium quem recipit.

Qualiter intelligitur per inſpirationem.

Ntelligitur deus per inſpirationem qñ hõ totalit deditus ẽ deo: nihilq; pẽitus putat

ſe poſſe: aut ſcire: niſi per ea quæ a domino ĩ mẽ te: & animo ei oſtenduntur: optans habere uirũ ſanctum & approbatum cum quo adhibeat con ſcilium: nihil omnino in ſui honorem operãdo: ſed ſolum dei gloriam quærendo: cuſtodiendo quoq; ſe iuxtã paruitatẽ ſuã a malo: ac bonum ſemper imitando. Tunc omnis inſpiratio in tali homine bona eſt ſemper. Nam etſi etiam aliter eſſet dominus in bonum cõuerteret propter ſim plicitatem uiri illius. Sicut de ſancto Dauid legi tur: qui inſpiratus ut erigeret templum domini: quod uoluntas dei non fuerat. Vnde per Natan ꝓphetã illi ãnuntiauit: ut ad hoc non ſe ĩtromit teret: quia uir fuerat bellicoſus.

Qualiter intelligitur deus per uiſiones.

Ntelligitur etiam deus per uiſiões: ſiue ap paritiones. Sicut ſunt ꝑ angelum: per ima ginem crucifixi: beatæ Mariæ: uel cæterorum ſan ctorum. Quæ quum bone ſunt in principio ter rent: & conturbãt: & in ſui ipſius paruitatem cõ uertere faciunt: ſummo cum timore deceptiõis: non adhibendo ſubito fidem. Sicut beata uirgo: que quum audiſſet uerba angeli turbata eſt in ſermõe eius: & cogitabat q̃lis eſſet iſta ſalutatio.

De bona apparitione.

Tem illa optima apparitio eſt quæ allicit

hominem ad oratiõem uocalem: præcipue ſacri: diuiniq; officii. Et ad meditationem paſſionis Ieſu chriſti cum humili: ĩmenſoq; deſiderio diligẽdi: ſeruiendi: colẽdi quoq; dominum in ſpiritu: & ueritate: ſanctiſſimeq; contemplatõis. Sed apparitio illa quæ orationis: & diuini officii: deſiderii q; augmentum deprimit: aut obfuſcat: diabolica eſt: & periculoſa. Sicq; dicitur de omĩbus ſenſationibus quantuncunq; ſint gratioſæ: & confortatiue.

Qualiter deus intelligitur per reuelationem.

Er reuelationẽ ĩtelligitur deus qñ reuelatio mortis: aut dignitatis: aut uitæ lõgitudĩs: humiliorẽ: deuotiorẽ: & prudentiorẽ cõtra inſidias diaboli reddit: cum amplificatione uirtutum: orationũ: meditationũ: & omniũ aliorꝝ bonorũ operũ: ſicut fecit ſanctus Caſſius Narnienſis urbis epiſcopus.

Qualiter deus intelligitˀ ꝑ exẽplũ: & experientiã.

Multiloquium.
Ebrietas.
Immunditia.
Scurilitas.
Hebetudo.
Inepta lætícia.

Ccidia: de qua ait Hieronymus in epiſtola. Sicut dominus non uult mortem peccatoris: ſed ut reuertat̃ & uiuat: ita tepidos odit: & cito ei nauſã facit: ut ait Ioãnes ĩ apocalipſi. Vtinã calidus

Tepiditas.
Deſperatio.
Puſillanimitas.
Vagatio mentis.
Negligentia.

Inepta lætitia. eſſes aut frigidus. Sed quia tepidus es incipiam te euomere de ore meo.

i Ra: de qua inquit Ioãnes chriſoſtonus ſu-
Indignatio. per Ioannem. Qui ira
Contumelia. ſcitur infinitis eſt ſup
Rixam. pliciis dignus. Volun-
Clamor. tarie ſeipſum in bara
Blaſphemia. trum perditiõis ferẽs:
Timor mortis. & ante futuram gehẽ
nam hic iam uindictam ſoluens.

Nuidia: de qua Gregorius in moralibus di-
Detractio. cit. Inuidia iram gene
Suſurratio. rat: quia qui quanto
Afflictio. interno liuoris uulneř
Exultatio. ſauciatur: tanto etiam
Deprauatio. manſuetudo tranquil
Ingratitudo. litatis amittitur. Vnde
Io. chriſoſtonus. Inuidiæ paſſio: & fornicatio ne: & adulterio multum eſt deterior. Idem. Inuidi oculus liquatur triſticia: ĩuidus cum morte uiuit continua.

Grauitas peccatorum: & conditio per hæc infra ſcripta interrogãda ſunt. Quis: quid: quibus auxilis: cum quo: cur: & ubi.

Capitulũ ſextũ de uirtutibus theologicis: cum

approbatõe eaꝝ: in qbus ĩterrogãdus ẽ ægrotus: & perſuadendus ad exercẽdum: ut ſupra.

E fide Auguſtinus. Fides eſt uirtus qua creduntur quæ nõ uident̃. Vnde dicit Damaſcenus. Fides eſt non inquiſitus conſenſus: unde dicit. Fidelis ſeruus: & prudens quẽ conſtituit dominus ſuper familiã ſuam. Et Apoſtolus ad Hebreos. Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum non apparentium. De ſpe Auguſtinus in Enchir. Spes non eſt niſi rerum ad deum pertinentiũ: qui curam eoꝝ qui ſpem habent gerere perhibetur. Vnde in pſalmo. Spera ĩ domino: & fac bonitatẽ. De charitate. Io. in epiſtola. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate in deo manet: & dñs in eo. Vnde Apoſtolus ad Tittum primo. Finis præcæpti charitas eſt: de corde bono: & conſcientia pura: & fide nõ ficta.

Capitulũ ſeptimũ de uirtutibus cardĩalibus: ad intertogandum: & exhortandum: ut ſupra.

E prudentia Gregorius in libro de moralibus eccleſiæ. Prudentia eſt amor eligens ſagaciter ea quibus adiuuat̃: & cætera. Vnde Salomon in parabolis. ii. Prudẽtia ſeruabit te ut erua

ris a uia mala:& ab hoīe qui peruerſa loquit̃.
De iuſticia. Auguſtinus in libro de moribus eccleſiæ. Iuſticia eſt amor tantũ deo ſeruiens: & ideo bene īperans cæteris quæ homini ſubiecta ſunt. Vnde in eccleſiaſtico. Iuſtus ut palma florebit: & ſicut cedrus libani multiplicabitur.
De Fortitudine. Ambroſius de officiis. Non mediocris animi eſt fortitudo quæ ſola defendit ornamenta uirtutum omniũ: & iudicia cuſtodit. Vnde & Gregorius in. vi. moralium. Iuſtorum fortitudo carnē eſt uincere propriis uolptatibus contraire: delectationē præſentis uitæ extinguer̃.
De Temperantia. Auguſtinus in libto de moribus eccleſiæ. Munus temperantiæ eſt in cohercēdis: ſedandiſq; cupiditatibus quibus uerſamur ī ea quæ nos auertimur a lege dei. Vnde Ambroſius in primo de officiis. Ad temperantiã pertinet omnis ſedatio perturbationis animi: & rerũ modus. Oportet autē modũ ponere nõ ſolũ cõcupiſcentiis & delectationibus: ſed etiam in exterioribus actibus.
Capitulum octauum de ſacramentis eccleſiæ ad interrogandum: & exhortandum.

E baptiſmate. Magiſter ſententiarũ libro quarto. Baptiſmum dicitur tinctio: ideſt

ablutio corporis exterior facta ſub forma uerbo-
rum præſcripta. Ideo Auguſtinus. Verbo baptiſ
ma cõſecrať. Detrahe uerbũ: & quid eſt aqua: ni
ſi aq̃. Accedit uerbũ ad elem̃tũ: & fit ſacramẽtũ.
De chriſmate. Magiſter libro .iiii. Virtus uero
huius ſacram̃ti eſt donatio ſpũs ſancti ad robur
qui in baptiſma datus eſt ad remiſſionẽ. Vnde
Rabanus a ſũmo ſacerdote per impoſitionem
manus paraclitus traditur baptizato: ut roboreť
per ſpiritum ſanctum ad prædicandũ aliis illud
quod ipſe in baptiſmum conſecutus eſt.
De Communione. Magiſter ibidem. Per baptiſ
mum mundamur. Per Euchariſtiam uero in bo
no cõſumamus. Baptiſmũ exterius uitiorũ ma
culas extĩguit. Eucariſtia ſpiritualiter reficit. Vñ
excellenter diciť. Euchariſtia .i. bona gr̃a. De quo
Ambroſius. Sermõe Chriſti hoc cõficiť ſacramẽ
tũ: qa ſermo chriſti creaturã mutat. Et ſic ex pãe
fit corpus chriſti. Et uinũ cũ aqua ĩ calice miſſũ
fit ſanguis conſecratione uerbi cœleſtis.
De Pœnitentia. Magiſter in quarto. Pœnitentia
longe poſitis a deo neceſſaria eſt: ut ad deum ap
propinquent. Eſt enim ut ait Hieronymus ſe-
cunda tabula poſt naufragium. Quia ſi quis
ueſtem ĩnocentiæ ĩ baptiſmo percæptã peccãdo
corrumpit: pœnitentiæ remedio reparare põt.

Vnde Ambroſius. Eſt autem pœnitentia mala præterita plāgere: & plangēda iterꝝ nō cōmittere. De ſacris ordinibus eccleſiaſticis. Magiſter in libro.iiii. Septē ſunt ſpiritualiū officiorū gradus: ſiue ordines: ſicut ex ſanctorꝝ patrum dictis aperte traditur: & capitis noſtri.ſ.ieſu chriſti exēplo mōſtrat̄: q officiū omniū ī ſemetipſo exhibuit. De matrimonio. Magiſter in.iiii. Factum eſt matrimoniū ad remediū pp illicitū motū deuitandum. Primo ut natura multiplicet̄. Secundo ut natura exciperetur: & uitiū cohiberet̄. Nā & ante peccatum dixit deus. Creſcite & multiplicamini. De abſolutione confeſſionis. Dominus in euangelio dicēdo Petro: & ſucceſſoribus ſuis. Tibi dabo claues regni cœlorꝝ: & quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatū & in cœlis. Et quodcunq; ſolueris ſuper terrā ſoluetur & ī cœlis. Vnde magiſter in quarto de uſu clauiū. Vſus etiā harum clauiū multiplex eſt. Diſcernere.ſ.ligandos: uel ſoluendos: ac deinde ligare & ſoluere. Qui eīm ī dignos ligat: uel ſoluit: propria poteſtate ſe priuat: ideſt dignum priuatione ſe facit.

De ſacramento unctionis extreme. Vnde Magiſter in quarto capitulo. A quibus fuit inſtitutū hoc ſacramentū. Hoc ſacramentū unctionis infirmorꝝ ab apoſtolis inſtitutū legitur. Ait enim

Iacobus in canonica. Infirmat᷑ aliquis in nobis: ĩ ducat preſbyteros eccleſiæ: & orent ſuper eũ : ungentes eum oleo in nomine domini: & alleuiabit eum dominus: & ſi in peccatis ſit dimittent᷑ ei.

Capitulũ nonũ de ſeptẽ operibus miſericordiæ corporalibus ad interrogandũ: & perſuadendũ.

Paſcere famelicũ. Auferendo uictũ proximo.
Dare potũ ſitiẽti. Negãdo aq̃: uel uinũ ꝓxĩo.
Hoſpitar᷑ pegrinũ. Detrahẽdo aduẽis: & pegrĩs.
Veſtire nudũ. Seuiẽdo ĩ paupibus đbitoribus.
Viſitar᷑ ĩcarceratos. Tenẽdo ĩ carceribus paupes
Viſitare infirmos. Tribulando infirmos.
Sepelir᷑ mortuos. Negãdo ſepulturã ꝓximo.
Vnde propheta. Frange eſurienti panem tuũ: et ægenos: uagoſq; induc in domũ tuã. Quum uideris operi eum: & carnem tuam ne deſpexeris.

Capitulũ decimũ de ſeptẽ opibus miſericordiæ ſpiritualibus ad interrogandũ: & perſuadendũ.

Dare ſanũ cõſiliũ. Decipiendo proximum.
Inſtruere inſciũ. Negando doctrinam.
Reprehẽder᷑ peccm̃. Euadendo uitia.
Lætificar᷑ mœſtos. Confundendo.

Subuēīr paupibus. Fraudādo bona paupeꝝ.
Orar̄ ꝑ exn̄tibus ī tēpeſtate. Optādo naufragiū
Orare pro omnibus mortuis. Maledicendo a
nimam mortuorum.

Vnde prima ſecundi ad Timotheū. Obſecro igi
tur primū omniū fieri obſecrationes: orationes:
poſtulationes: gratiaꝝ actōes: pro oībus hoībus
pro regibus: & omnibus qui ī ſublimitate ſunt:
ut quietam: & tranquillā uitam agamus ī omni
pietate: & caſtitate. Hoc enim bonum eſt: & acce
ptum coram ſaluatore noſtro deo. Et alibi idē.
Argue: increpa: obſecra: in omni manſuetudine:
& patientia.

Capitulum undecimū de octo beatitudinibus:
& contrariis ſuis.

Paupertas ſp̄us.	Elatio mentis.
Manſuetudo.	Furibunditas.
Gemitus peccatoꝝ.	Delectatio in peccatis.
Munditia cordis.	Auiditas peccandi.
Miſericordia.	Seueritas.
Pax.	Scandalum.
Pati perſecutiones.	Inimicabilitas uirtutum.
Sitire iuſticiam.	Supplātatio iuris.

De paupertate dn̄s in euangelio. Beati pauperes
ſpiritu quoniā ipſorum eſt regnum cœlorū.

De manſuetudine ait. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. De gemitu peccatorum inquit. Beati qui lugẽt: quoniã ipſi cõſolabunt̃. De munditia cordis. Beati mundo corde: quoniã ipſi deum uidebũt. De miſericordia. Beati miſericordes: quoniã ipſi miſericordiã cõſequẽtur. De pace. Beati pacifici: qm̃ filii dei uocabunt̃. De perſecutionibus. Beati q perſecutionẽ patiũt̃ propter iuſticiã: quoniã ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ. De iſuticia ſitienda. Beati qui eſuriunt: & ſitiũt iuſticiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.

Capitulum duodecimũ de ſenſibus corporis interrogando qualiter illos exercuerit.

Iſus: unde dominus. Si oculus tuus ſcãdalizat te erue eũ: & cætera. Auditus. Hieronymus in epiſtola. Nõ licet tibi alterius uituperationem patienter audire: quia & cætera. Odoratus.
Guſtus. Hieronymus in epiſtola. Modicus: et temperatus cibus: & carni: & animæ utilis ẽ. Tactus. Ambroſius. Non poteſt ĩ tactu caro corrumpi: niſi mens ante fuerit corrupta.
Affatus. Hieronymus ĩ epiſola. Semper linguã tuam de bonis loqui aſſueſce: & cætera.

Capitulũ decimumterciũ de caſibus papalibus.

E homicidio. De ueneno. De batizatis fillis propriis. De his qui rem habuerint cum filiabus confeſſionis: uel baptiſmatis. De his qui ſepelierint excõmunicatũ: hereticum in loco ſacro: uel uſurarum in eccleſia ſciẽter. De his q̃ ĩpedierint cõceptũ: uel partũ mulieris. De eo qui necauerit infantem: uel obuiauerit baptiſmati. Qui grauiter uulnerauerit: & ſãguinem fuderit preſbyteri: uel clerici: odio: nel mala uoluntate. Qui falſificauerit bullas papales. Qui combuſſerit eccleſias maliciose. Qui perſecutus fuerit prælatos eccleſiæ. Simoniacus. Excõmunicatus a papa. Qui ĩpedierit aliquẽ de eccleſiaſticis cõtra uelle põtificis. Qui iniecerit manum in prælatũ. Qui coegerit cũ uiolentia cõfeſſorẽ ad abſoluendũ: uel monachum: uel fratrem ad ea duxerit faciendũ: uel indulgentias dandũ cõtra uelle: uel poſſe ſuum: ſicut ſũt nuptiæ: uel baptiſmũ. Qui impedierit officiũ ĩqſitoris cõtra hereticos: & magos. Qui magicas artes opatus fuerit. Qui de carne: uel oſſibus mortuorũ ueneficiũ fecerit: uel abuſus fuerit uel detulerit de loco ſacro ĩ locũ ĩmũdũ. Qui coierit: & genuerit cũ parentibus: & attinẽtibus.

Qui fuerit cũ ſoror̃ uxoris ſuæ. Qui cum dua bus uel pluribus ſororibus:& matre. Qui du xerit:portauerit:uel miſerit ferramẽta:ligna:ſeu uictualia prohita infidelibus. Qui negauerit fidem chriſtianã. Qui fuerit publicus uſura- rius. Qui leſerit eccleſiæ libertatẽ. Qui uio lauerit interdicta a ſede apoſtolica impoſita. Queuis offenſa:inobedientia:ſeu rebellio in Ro manum pontificẽ:ſeu ſedẽ apoſtolicã. Offen ſa perſonalis in epiſcopũ:uel alium prælatũ. Inuaſionis:deprædationis: uel occupationis ter- rarum eccleſiæ romãe mediate: uel ĩmediate ſub iectarũ. Inuaſionis romipetaꝝ. Prohibitio nis deuolutionis cauſarũ ad romanã curiam. Impoſitionis nouoꝝ onerum realium:uel perſo nalium eccleſiis:et eccleſiaſticis perſonis. Pu- blicani:qui uulgo datiarii appellant̃: qui contra ſanctorũ patrum:& generaliũ concilioꝝ ſtatuta gabellas imponunt:uel alia onera realia: uel pſo nalia exigũt. In ſupradictis caſibus nullus ab ſoluere poteſt:quantecũq; dignitatis exiſtat:niſi in articulo mortis conſtitutos. Cautione tamen tunc prius idonea accepta de parendo mandatis eccleſiæ. Sed omnes:& ſingulos ſupradictos ad romanã curiã abſoluendos remittat condignam pœnitentiã pro ſuis reatibus ſuſcepturos. Et hoc

prohibetur tã exẽptis q̃ non exemptis ſub pœna excõmunicatõis:& depoſitõis bñficii:& ordinis.

Capitulum decimumquartum de caſibus epiſcopalibus.

E monialibus. De excõmunicationibus prælatoꝝ. De ſogdomiticis. De com miſcentibus cũ attinentibus cum q̄bus baptiza uerit: uel tenuerit ĩ baptiſmate: uel habuit in cõ feſſiõe: uel coinquinauerit ſceleribus: uel ſangui ne ſimpliciter ſacra loca eccleſias: et altaria. De his qui duxerint clericos ad ordinationẽ con tra uelle prælati ſui. Qui cõcubuerit cũ iudea: uel comederit cum ea: uel ſeruierit iudeis: uel cũ eis in mercimoniis: & uſuris partẽ habuerit. Qui falſam compoſuerit chartam: uel ſcriptũ. Qui genuerit filios cum cõiuge alterius. Qui fecerit ſacrilegium: ſortilegium: & maleficia. Qui cum uirgine rem habuerit. Qui falſũ iu ramentũ fecerit: uel cauſam dederit. Qui hẽt de male acquiſitis. Qui audierit conſcius miſ ſam: uel a preſbytero interdicto: uel in altari non præparato. Qui ſacra furatus fuerit. Qui cum excõmunicato locutus fuerit: uel in eccleſiã introduxerit.

Capitulũ decimũquintũ de caſibus conceſſis .d. Patriarche per ſummum pontificem in toto do minio Venetiarum.

Bſoluere manifeſtos: & ſimulatos uſurari os: & ſimoniacos: & cum eiſdẽ uſuraris cõ ponere ad eius arbitriũ. Debitores cruciatæ: & cameræ apoſtolicæ: & romanæ eccleſiæ: quantun cunq; incerta etiam apud quoſcunq;. Necnõ fru ctus eccleſiaſticoꝝ beneficioꝝ male percæptos ab ſoluere: & cum eiſdem componere: & quietare. Abſoluere eos qui propter non ſolutionẽ trigeſi me excõmunicationis ſententiã incurrunt: & cũ eiſdem cõponere iuxta eoꝝ facultatẽ. Abſolu tio illorum clericoꝝ qui decimas nõ ſoluerint: iu xta decretũ Re. &c. dñi pii ſcđi: non ſolũ ab excõ municatione: uerũ etiam ab irregularitate ex eo ĩ curſis. Abſolutio etiã illorũ qui ad terras infi deliũ merces detulerĩt. Abſolutio quorũcũq; religioſoꝝ: & aliorum clericoꝝ cuiuſcunq; condi tionis: & noĩatoꝝ non ſuadentium omnibus: & præcipue infirmis in ordinatione ſuoꝝ teſtamẽto rum: ut de omnibus dimittant ſecundũ iuris di uini: & canonici præcæpta.

Capitulum decimumſextum de caſibus quos re uerendiſſimus .d. Patriarcha ſibi reſeruat.

Bſoluer̄ excõmunicatos maiori excommunicatione: ſiue ſit illata a iure: ſiue ab homine. Inceſtuoſos in primo: uel in ſecũdo gradu conſanguinitatis: homicidas uoluntarios. Coeuntes cum monialibus. Intrantes monaſteria monialiũ mala intentiõe. Defloratores uirginum per uiolentiã. Coeuntes cum mulieribus quas baptizauerũt: uel quarũ confeſſiõem audierũt: uel tenuerunt ad baptiſmũ: uel confirmationẽ. Polluentes eccleſias ſanguine: uel ſemine publice. Mutilantes: ſiue aliquo mẽbro priuantes filium: uel filiã uoluntarie. Faciẽtes aliquid: aut dantes alicui ad potandũ: ut gñare: aut concipere non poſſit: & hoc propter odium: uel ut ad ipſum ſucceſſio deferat̄. Præſtantes falſum iuramentũ. Habentes mala ablata incerta: uel certa: dum non extant quibus eſt faciẽda reſtitutio: & hoc a duobus ducatis ſupra. Simoniacos. Ordinatos ſine licentia dñi Patriarce. Cõmutationes uotorũ magnorũ. Falſificantes inſtrumenta. Hereticos: uel ſciſmaticos. Sepelientes ſcienter excõmunicatos in loco ſacro. Vſurarios publicos. Sacrilegos: & eos q̄ eucariſtia: criſmate: uel alia re ſacra abuſi ſunt.

Capitulum decimũſeptimum de caſibus conce-

dendis plebanis: & prioribus pro abſoluendo in
fraſcriptos: uidelicet.

Omicidas non uoluntarios. Dantes ali
cui uenenum ut moriat̃: ſi mors aut debili
tatio inde nõ ſit ſecuta. Fractores uotorum.
Baptizantes: ſeu tenentes ad baptiſmũ: uel cõfir
mationẽ proprios ſine neceſſitate. Reſtitutio
male ablatoꝝ incertorum: uel certoꝝ: dum non
extant quibus eſt fienda reſtitutio: a ducato ĩfra:
ita quod dentur pauperibus. Defloratores uir
ginum uoluntarie. Coeuntes cum ĩfidelibus.
Mulieres concipiẽtes de adulterio: & uiri earum
credunt eſſe ſuum. Cõmutationes uotoꝝ par
uorum. Contrahentes nuptias infra tempus
interdictum. Publice criminoſos. Blaſphe
mantes deũ: & ſanctos. Violatores eccleſiaꝝ.
Cõmittentes luxuriã contra naturam. Intran
tes monaſteria monialiũ non mala uoluntate.
Inceſtus in tercio: & quarto gradu cõſanguinita
tis: & in quocunq; gradu affinitatis. Polluen
tes eccleſias ſanguine: uel ſemine oculte. Con
trahentes matrimoniũ poſt uotum caſtitatis: ita
ꝙ non exigant debitũ abſq; licentia. d. patriarce.
Verberantes patrem: uel matrẽ. Sortilegos: &
herbarios. Tenẽtes pueros in lecto ãte annũ.
Celebrantes non ieiuni. Celebrantes in altari

non conſecrato:uel ſine ueſte ſacerdotali.
Concedenda inferioribus.

Capitulum decimũoctauũ de uoto utrum ægrotus uouerit:& non reddiderit interrogandus eſt.

Otum enim ſecundũ magiſtrũ in quarto eſt teſtificatio quædã promiſſionis ſpontaneæ:quæ deo:& de his quæ dei ſunt proprie fieri debet. Sunt autem ſtultoꝶ uota:quæ frangenda ſũt. Thomas ĩſup ſecũda ſecũde qõne.lxxxviii. ĩquit. Votum eſt promiſſio deo facta. Vnde Auguſtinus in epiſtola. Ita etiã promiſſio qua deo aliquid uouemus non cedet in eius utilitatẽ quia nobis certificari nõ indiget: ſed ad utilitatem noſtram in quantũ uouendo uoluntatẽ noſtram ĩmobiliter firmamus. Propterea in utron.xxiii. Quod ſemel egreſſum eſt de labiis tuis obſeruabis:& facies quod promiſiſti dño deo tuo:& propria uoluntate:& ore locutus es. Ibidem. Quum uotum uoueris deo tuo non tardaueris reddere: quia requiret illud dñs deus tuus: & ſi moratus fueris reputabitur tibi in peccatum.

Hæc ſũt uota quæ niſi papa diſpẽſare põt
E uoto ĩtrãdi religionẽ ætate cõgrua:& poſſe.
De uoto ſcõ ĩ religiõe poſt probationẽ d̄bitã.

De uoto uirginitatis cum ætate facto : & poſſe.
De uoto ad eccleſiã Petri & Pauli eũdi uiſitãdã.
De uoto eundi ad Sanctum Iacobum.
De uoto eundi ad ſanctum ſepulchrum.

Capitulũ.xviiii.de abſolutione generali ſupra indulgentia plenaria a.d. papa conceſſa perſonis ordinis Cartuſienſis.

Ominus noſter Ieſus chriſtus per ſuã piiſſimam miſericordiã:& meritũ ſue digniſſime paſſionis te abſoluat. Et ego auctoritate ipſius:& ſũmi pontificis in hac parte mihi cõceſſa: & alias abſoluo te auctoritate & quanta poſſum a ſententia:& uinculo excõmunicatõis minoris: uel maioris:quomodolibet ĩcurriſti: pro qua abſolui indigeas. Et reſtituo te ſacramentis ſanctæ matris matris eccleſiæ. Item auctoritate ſupradicta abſoluo te ab omnibus peccatis tuis.de qbus confeſſus:uel libenter confitereris: ſi eoꝝ memoriam haberes:& plenam eorũ indulgentiã: & remiſſionẽ tibi concedo:quantũ claues ſanctæ matris eccleſiæ ſe extẽdunt:& gratũ fuerit in conſpectu diuine maieſtatis. In nomine Patris:& filii: & ſpiritus ſancti.

Capitulum uigeſimum de forma abſolutionis quibuſcunque perſonis in articulo mortis.

Rimo dicat infirmus: uel alius pro eo ſi ni
mis grauatus eſſet. Cōfiteor deo. Sacerdos
poſtea dicat. Per aſperſionē ſanguinis domini
noſtri Ieſu chriſti: & interceſſionē beatæ Mariæ:
& omniū ſanctoꝝ: & ſanctarū dei: miſereat tui
omnipotens deus. Poſtea ſubdit. Et ego aucto-
ritate omnipotentis dei: & beatorum apoſtoloꝝ
Petri & Pauli: omniumq; ſanctorū: ſanctarūq;
dei. Et auctritate ſūmi pontificis qua fungor: mi
hi in hoc caſu ſpecialiter expreſſe cōmiſſa. Abſol
uo te ab omni uinculo excōmunicatiōis: genera-
liter: uel ſpecialiter late: ab homīe: uel a Canone:
& ab omni macula: ſeu pœna irregularitatis: in
terdicti: ſuſpenſionis: uel cuiuſcunq; ſententiæ:
quā ſcienter: uel ignorāter incurriſti uſq; in hāc
horam: late ab homine: uel a canone. Et reſtituo
te unitati fideliū: & ſanctis ſacramentis eccleſiæ.
In nomine patris: & filii: & ſpiritus ſancti Amē.
Item eadē auctoritate: & eius uicarii ſūmi pōtifi-
cis: in hoc caſu mihi ſpecialiter cōmiſſa: ſi iſta ui
ce morieris. Abſoluo te ab omnibus peccatis tuis
de quibus contritus es corde: & ore confeſſus ſpe
cialiter: uel cōmuniter pro modulo tuæ fragilita
tis: & etiam de quibus oblitus es in ſpeciali confi
teri. Et de oībus pœnis tibi in purgatorio debi-
tis pro tuis peccatis: quantū ſe extendit poteſtas

clauiũ beatiſſimi Petri apoſtoli uicarii dei. Et reſtituo te illi innocentiæ qua eras quãdo baptizatus fuiſti. Si uero iſta uice non morieris reſeruo tibi plenariam indulgentiã conceſſam a ſummo pontifice pro ultimo articulo mortis tue. In nomine patris: & filii: & ſpiritus ſancti. Amen.

Capitulũ. xxi. de modo cõſeruandi animã ægrotantium qui plenariã obtinuerunt abſolutionẽ ĩ ea ipſa puritate: donec uel ualitudinẽ recipiat: uel domino ſuam fœliciter tradiderit animam.

Vum ſola dilectiõe: & ĩtima charitate creator omnipotẽs cœlum: & terrã: & oĩa quæ ĩ eis ſunt ad humani generis delectationẽ: & uſũ creaſſe ſane cognoſcamus. Quali ergo affectione eundem plaſmatorẽ creatorem amare teneamur cẽſendum eſt: cum etiã pro noſtra & humanari: crucifigiq; ſalute decreuerit. Necnon indies in ſacro apparere altari placet. Immo quod maius eſt omni contritione ductus: pœnitens: & cõfeſſus: cunctas offenſiones: & delicta ſua in abſolutiõe ſacerdotis ipſius ſaluatoris Chriſti ieſu auctoritate: ſuaq; inextimabili miſericordia anihilare oĩno põt. At etiam in huiuſmodi innocentia: & puritate: præſertim ſi plenariã recæperit ĩdulgentiã

conſeruare ſe poterit. Si tamen dilectiōe: & obligatione immenſe charitatis ſue motus fuerit: & non timore pœnarum: aut īfernali cruciatus terrore ductus conſcriptam īferius exercere: agereq; induſtriam uoluerit. Quapropter ad huius inenarrabilem Ieſu Chriſti miſericordiā: clementiā: charitatem: omnis humani cordis affectio: animiq; dilectio: operibus ſaltem bōis: bona quoq; & uoluntate allicienda a confeſſore penitus eſt. Nam quotiēſcunq; anima reformata fuerit in fide per compunctionem: & contritionem in uera confeſſione: & pœnitentia perſoluta ex attritiōe animi: dummodo rectam habeat intētionem ad bene: beateque uiuendum: facultas abſoluendi: mundandiq; conceditur. Huiuſmodi enim animabus his ſpiritualibus operibus: tam a uenialibus q̄ a mortalibus delictis: & peccatis: prout in fine duximus auctoritatibus approbandum: datur habilitas ſeipſas abſoluendi: ac remittendi ſibi quæcū q; illis peccata acciderint, ut īfra patet.

Capitulum uigeſimumſecundum de approbatione conſeruationis animæ illorum in innocentia: qui generaliter & a culpa: & pœna ueaciter ſūt abſoluti: & ab omnibus erroribus: & peccatis optime liberati.

Ria quippe ad emundationem:& cõſerua tionem uere pœnitentiũ exercenda ſunt: quotienſcunq; expedierit:& neceſſariũ fuerit: ui delicet. Abſolutio quotidiana uenialium ex con tritione pœnitentiæ. Et ſi opportunũ fuerit: qđ abſit: modum ponimus ab omni peccato morta li quod quilibet contritus ſeipſum abſoluer̃ poſ ſit. Deniq; ſibiipſi pœnitentiam iniũgere ſecun dum conſcientiam ualeant in hunc modum.

Ad abſoluẽdum cottidiana peccata uenialia ſuf ficiunt. Pater noſter. Percuſſio pectoris. Eleuatio oculorũ. Elemoſynarum ſuffragia. Aſperſio aquæ ſãctæ. Eleuatio manuũ:& ocu loꝝ ad cœlũ. Qđ pater nr̃ ſufficiat in hoc ĩtelli gi põt: dũ in eo ex doctrina dñi dictũ ſit pro his qui dimittunt inimicis ſuis offenſiones eorum. Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimitti mus debitoribus noſtris. Item in euangelio. Di mittite: & dimittet̃ uobis. Mẽſura qua aliis me tiemini: metietur & uobis: ait dominus. Vnde Magiſter in quarto de pœnitentia ait: quod ſuf ficiens eſt. Pater noſter. ad peccata uenialia: et minuta:& cottidiana: iuxta ſententiam Auguſti ni in libro de pœnitentia. Quod tunſio pe ctoris: ait propheta. Quæ dicitis in cordibus ueſtris: in cubilibus ueſtris compungimini.

Et iterum. Scindite corda ueſtra: & cætera. Nam tunſio pectoris more Gregorii ĩ Homelia ĩdicat compunctioné. Quod eleuatio oculorũ ualeat indicat pſalmigraphus dicens. Leuaui oculos meos in monte: unde ueniet auxiliũ mihi. Auxilium meũ a domino qui fecit cœlum: & terram. Nõ det in cõmotioné pedem tuũ: neq; dormiet qui cuſtodit te. Quod eleuatio manuũ ualeat habetur in Eccleſiaſtico. Conſurge: & lauda ĩ nocte in principio uigiliaꝝ: & effũde ſicut aqua cor tuum ante conſpectũ dei tui. Leua ad eũ manus tuas: & miſerebitur tui. Quod aquæ ſãctæ aſperſio plurimũ ualeat ex ipſius exorgiſmi conſecratione habet̃: dicendo. Vbicunq; aſperſa fuerit careat omni ĩmunditia: & cætera. Item omnique diabolicæ fraudis nequitia. Quod elemoſyne ſufficiant his qui in charitate exiſtũt: indicat dominus in euangelio. Date elemoſynã: & omnia erunt mũda uobis. Sicut aqua extinguit ignem: ſic elemoſyna extinguit peccatũ. Quod peccatũ mortale poſſit per cõtritioné propriã remitti: quilibet ĩ ſemetipſo dũtaxat intendat dum aderit tempus: & cõmoditas ſacramentaliter cũ confeſſore idoneo omnino confiteri. Dicẽte propheta. Cor contritũ: & humiliatũ deus nõ deſpiciet. Vnde Ezechiel propheta ait. Quũ aduerterit ſe

impius ab impietate ſua quā operatus eſt:& fece rit iudiciū: & iuſticiam: ipſe animā ſuam uiuifi cabit. Conſiderans enī:& aduertens ſe ab oībus ſuis iniquitatibus quas operatus eſt: uita uiuet: & non morieť:dicit dominus omnipotens. Qm̄ quidem in quacunq; hora peccator ingemuerit: dimittam ei inquit propheta. Vnde & Dauid in pſalmo. Cōfitemini domino quoniā bonus:qm̄ in ſeculū miſericordia eius. Agenda ſunt igiť indeſinenter omnia quæ ſuperius diximus:dum neceſſe fuerit:ita ut nunq̄ per horam neq; uenia le:neq; mortale in anima contriti:& abſoluti ua leat permanere:agendo: & operando in orationi bus:& elemoſynis:ſemper reſiſtendo peccatis in quantū poſſibile eſt:pœnitentiā toto corde pfice re ſtudeant. Ritus quidē ſiue ordo in puritate conſeruandi cor:mētem: animūq; eſt ſemel:uel bis:aut ī mane:& ſero humiliter: atq; deuote fle xis genibus:erectis oculis: manibuſq; ad cœlum extenſis. Poſt aſperſionē aquæ. Pater noſter. pro ferat. Cōfiteor. addens: ſibiipſi pœnitentiā iniū gat:de his oībus quæ die illa nouerit nequiter cō miſiſſe. Intentione tn̄ non ultra cōmittēdi: & ſa cramentaliter cito confitendi. Quicūq; profecto huiuſcemodi pœnitentiā ægerit: nullo pacto po terit āplius dānari. Nempe optimū : precioſiſſi-

mumq; conſiliũ erit tam ĩfirmo q̃ peroptime ua lenti. In honorẽ glorioſiſſimæ uirginis Mariæ: eiuſq; amore: ac ſpũali dilectiõe a uenerabilibus patribus ordinis ſancti Dñici Roſariũ ſũmere: ſiue pſalteriũ eiuſdẽ beatiſſimæ uirginis hũiliter atq; deuote ſumere: & in eoꝝ ſocietate introire: ĩ qua ſũmus Pontifex. Impator. & reges. Prælati. Prĩcipes. Duces. Nobiles: & ignobiles uſq; ad religioſos cuiuſcunq; religionis. Diſponẽtes per ſe uel per alium in laudẽ præfatæ glorioſiſſimæ uirginis. Saltẽ ſemel in ebdomada pſalteriũ perſol uere: quod eſt in numero. cl. Aue. m. &. xv. Pater noſter. Interponẽdo tñ ſemp poſt: uel añ. x. Aue m. unũ. Pater noſter. Et ex hoc præfato pſalterio per ſummũ pontificẽ dñm noſtrũ Sixtũ. iiii. cõ ceduntˀ quotienſcũq; quilibet dixerit. l. Aue. m. cũ. Pater noſter: ut ſupra: quinq; anni: & quinq; quadragene totiens quotiens. Vnde uſq; ad integrum numeꝝ. cl. Aue. m. habentˀ ãni. xv. quindecimq; quadragene de indulgẽtia. His ergo operibus: & orationibus deuotis: & ſalutaribus regnũ uendicatur æternum.

Tabula ſecũdæ diuiſionis de cõſilliis dandis pœnitentibus: & confeſſis: ſed potius conualeſcentibus q̃ ægrotis propter tediũ: tamẽ utillima ſunt & ualde proficua omnibus pœnitentibus.

Deconſilio bene uiuendi in ſeculo ſine peccato mortali.
De conſilio conuerſandi.
De conſilio gubernãdi familiam in timore dñi.
De conſilio operandi ſeſe circa artificia: mercantias: ſiue mercimonia cum bona conſcientia.
De conſilio habendi ſe in conſilio: & officio ſenatus: & de creando magiſtratu recto corde. Et de differentia perſonarum cum uintitia: ac de unione ciuili.

Capitulũ primũ de cõſilio bñ uiuendi: & cætera:

Rimo & ante omnia debet homo deliberare: & in mente ſibi præponere nunq̃ uelle amplius peccare mortaliter: & hoc pro omnibus uiribus ſuis eniti debet. Deinde unum eligere cõfeſſorem honeſtũ: doctum: atq; ſibi gratũ: non uelut hominẽ: ſed quaſi tubam ſpũs ſãcti. Quẽ diligat: timeat: & in reuerentia ita ipſum habeat ut nihil pœnitus põderoſũ agerẽ uelit ſine orationibus: & cõſilio eius: ſicut ſi eſſet ſpiritus ſãctus in eo. Item q̃to crebrius: tãto melius confiteri ſtudeat: ita ut iuſta uulnera ſubſequãtur continua medicamina: orando: & meditando iuxta poſſe: ut ſemper diabolus ĩ bonis operibus inueniat eũ occupatum.

Capitulum ſecundum de conſilio conuerſandi.

Onuerſari debet cũ maioribus in rubore. Ad auſcultandũ uerba bona: & opera attẽtus ſit. In loquendo parcus: & modeſtus. Breuis in reſpondẽdo iuxta interrogata. Cũ æqualibus cum benignitate confirmando: & laudando opa & ſententias eorꝝ: ſi ſecundũ deum ſunt. Sin autem increpando: & reprehẽdendo: humiliter tñ: ac manſuete: nunq̃ præponendo ſe cæteris facto uel uerbo. Cũ minorrbus mãſuetus: atq; humanus in audiendo opinionẽ: & petitionẽ eorum. Et ſit in quantũ poteſt cum oĩbus gratioſus: honeſtus: & affabilis in uerbis. Modeſtus: manſuetus: & grauis in geſtibus. Laudabilis: mundus: & ſolicitus: atque diligens in omni opere ſuo.

Capitulum tertiũ de conſilio circa familias ſuas domeſticas.

Rimo ſtudeat ad pacem domus. Et ſic uir diligat uxorem: ut Chriſtus eccleſiam.

Paragraphus primus.

In educandos filios ſit domeſticus in uerbis: uenuſtus in moribus: in doctrina diſciplinatus.

Paragraphus ſecundus.

In educatione famulorũ: & famularũ. Correctio

ſamuloꝝ pertinet ad dn̄os in tremore: ueſtimen
to: & cibo ad ſufficientiā neceſſitatis. Non autē
cū ſumptuoſitate nimia: & abundantia propter
ſuperbiam: & crapulationē euitandā. Correctio
ancillarū pertinet ad dominas: ſi ingenioſe & di
ſcrete ſint: cum manſueta benignitate: & ſollici-
tudine. Non autē pertinet correctio eaꝝ ad uiros
ad euitādā uxoris ſuſpitōem. Paꝝ. tertius.
Circa uictum & ueſtitū hæc ānotanda ſunt. Iux
ta honeſti lucri habilitatē. Iuxta ſtatus ſui: atq;
cōditionis condecentiā. Iuxta ciuitatis: & loci lau
dabilem conſuetudinem: & mores.

Capitulum quartum de conſilio circa artificia:
mercātias: ſiue mercimonia. Paragraphus. i.

N emendo: & uendēdo mercatores reales.
In cōtractibus iuſti. In prætiis honeſti.
In cōpoſitionibus liciti. Prudētes: & ueraces.
Inimici uſure: & cupiditatis. dicente Apoſtolo.
Radix omnium malorum cupiditas eſt.

Paragraphus ſecūdus de īduſtria artificū.
Artifices induſtrioſi debent eſſe in eoꝝ artificiis.
In apothecis ſuis aſſidui. Ad emendum cauti. In
uendendo iuſti. Ita ut aliis non faciant quod re-
cipere ab aliis nolunt. Non diligendo auaritiam

de qua dn̄s ait. Cauete ab omni auaritia: quoniā non in abundantia cuiuſq̄ eſt quæ poſſidet.

Paragraphus .iii. de genere mercimoniaꝝ.

In exercitando ſe licite in genere mercimoniaꝝ in quibus inſtructus eſt: honeſtatē preciis dare poteſt. Et non aliter niſi cū conſilio inſtructoꝝ mercatoꝝ bonæ famæ. Ita & apothecarii facer̄ debēt.

Paragraphus quartus de inuentōe pretii.

De modo inueniēdi preciū debitum in rebus generaliter appreciatis ab om̄ibus. Eligat ex tribus preciis bonoꝝ mercatorū: qui ſint iuſti: bonæq; famæ. Sicut ſunt qui poſſunt cōmode mercimonia ultimo ſuſtinere precio. Et ſicut illi qiu non poſſunt tādiu expectar̄: ſed mediocriter. At ſicut illi qui nullo pacto poſſunt expectare: & ideo minori precio uenundant mercimonia ſua. Quod ergo preciū debitum ex iſtis tribus .ſ. a maiori incipiēdo: & a mediocri uſq; ad minorē eligat unū ſolum præciū: quod ad nūmos tendere omnino uelit dum poſſit. Si uero non poterit ad libitum uendat: tantūmodo ꝑ eodē pretio: nihil pœnitus ulterius creſcendo. Quod quidē pretium non excedat pretium maiorum mercatorum.

Paragraphus q̄ntus de rebus ſine pretio.

In rebus a nemine apreciatis mercator bōæ famæ & conſcientiæ: & ī mercimoniis illis optīe exptus

poſſet honeſtum limitare pretiū ſolum & unicū quod ad nūmos habere intendat ſi poterit: aliter non creſcēdo emptorē expectet cum charitate ſine defectus cōmixtione malaꝝ rerum cum bonis decipiēdo: uel cum aqua: terra: uel igne: ita ut in uirtute: & pretio multū deficiat. Vnū pone pretium cupiens tantūmodo iuſte ad nūmos: ſi poteris tuas uendere merces.

Paragraphus ſextus de cambiis.

Cambia dedita propter lucrū omnia ſunt illicita & tenentur ad reſtitutionē. Cambia caſualiter uel propter ſecuritatē pecuniarum tantūmodo non tenentur ad reſtitutionem: niſi ſint ſicca: & fraudata: quæ uſuram faciunt.

Paragraphus. vii. de proda impreſtitorū.

Proda impræſtitorū ſemper ſunt illicita ad emēdum minori pretio: niſi ſint in caſu dotis. Pigno ra domorū: & agroꝝ retento affictu ſunt illicita: tā pp īſtrumentū q̄ ſine cū ſimulatōe emptōis.

Paragraphus octauus de fraude pretii.

Fraudatio pretioꝝ tam nautarū q̄ aliorū operū: uel applauſionem: & fictā impromiſſionē tenetur ad reſtitutionem.

Capitulū quintū de cōſilio et modo habēdi ſe in conſilio et officio: et de magiſtrato creando et de differētia pſonarū cū iuſticitia et de uniōe ciuili.

Paragraphus primus de iudicibus.

D dierũ & tempoꝶ conſtitutioné tenendã obſeruari đbeat ſonitus buccine: & cãpane uocantis ad conſiliũ: & officia. Sicut eſſet tuba ĩ ultimo iudicio uiuoꝶ: & mortuoꝶ. In auſcultando attenti. In credendo non ſubiti: ſed cauti ſint. In examinatione prouidi: & aſtuti. In ſententiis cõſilio & iuſticia modeſti. In dãnatione nõ ſecuri: ſed temperati: ita ut nec abſq; aceto oleum: nec acetum ſine oleo iniuſtũ conficiat ſalaticium.

Paragraphus. ii. de modo hñdo in cõſilio.

Modus in conſilio: & in officiis habẽdus. Diligere unitaté cum uniuerſali charitate: cũ diſtinctione boni & mali: meriti: & immeriti: iuxta accepti ſãcramenti intentioné: & bonoꝶ teſtium approbationem: corrigẽdo malos: & bonos ſemp adiuuando. Iuxta dicta Pauli.

Paragraphus tertius de creando magiſtratu: ſiue de electione officiorum.

Electio officioꝶ cum prudentia fit. Quando in magno conſilio ſedens: & ſupradictis in animo præpoſitis tenendo hæc tria obſeruet diligentiſſime. In aſcultando attẽtus ſit: ita ut cui ſuum ſuffragiũ dare debeat ualeat præuidere. In diſtribuendo ſi qualitaté perſone nouerit: iuxta bo

nam conſcientiã contribuat fauorẽ. Si uero non cognouerit uirũ per famã: & informationẽ circũ ſtantium ſeſe regat. Si hunc prænominatũ nobi lem a nemine intelligere poteris: fac. ſ. ꝙ in tua conſcientia uidetur indicari. Item in eligendo uel in propria: uel in aliena uoce ſemper ſufficiẽ tiorem eligat: magis timendo dñm deum qui te bona: & mala morte afficere poteſt: q̃ uiros mor tales: qui te domino adiuuante nihil pœnitus ti bi facere poſſunt.

De differẽtia perſonaꝝ cũ iuſticia. Paꝝ. v.

Differentia in ſenatu in ſufficientia hominũ iux ta bonam conſcientiã eſt. Neminem inſufficien tem: uel laſciuum adiuuare: uel per ſe: ſiue per a lium fauorẽ concedere. Sed ſolũ uelle ſufficiẽtes nobiles: & uirtuoſos: cuiuſcunq; generis: & do mus fuerit ſecundũ ætatis diſcretionem per leges & ſtatuta ordinata iuxta bonam conſcientiam.

De unione ciuili. Paragraphus ſextus.

Nullam penitus partem: uel diuiſionẽ in ſenatu habeas. Nam qui de tali re ſentit: & tenet opinio nem mortaliter peccat. Et in odio cottidiano ma net: nec abſolui poteſt: nec ualet aliqñ cõmunica ri. Niſi forte ĩ aliquẽ notum partialẽ uitiũ aliqs oderit: non hoĩem. Dicẽte beato Auguſtino. Sic diligẽdi ſunt homines ut eoꝝ errores nõ diligãt.

Capitulũ ſextũ de contractibus licitis: & illicitis. Paragraphus primus.

Icita intentio eſt quando bonus mercator nullo modo intendit facer̃ uſurarie. Vnde ſi inaduertenter: ſeu per ignorantiam fecerit uſuram non tenetur ad peccatum: ſed ad reſtitutionem. Et ſimiliter de ſimonia poſt ueram contritionem: & ueram ſatiſfactionem.

De intentõe illicita Paragraphus .ii.

Illicita intentio eſt quando malus mercator cupit: & eſt contentus facer̃ uſuram ut magis lucretur ſcienter uel ignoranter: ſemper cõmittendo uſuram peccat mortaliter. Et ad reſtitutiõem tenetur ſecundum conditionem contractus: atque per ſolutionem.

De contractu licito paragraphus tertius.

Contractus licitus eſt in quo quodcũq; pœnitus ſicut frumentũ: uinum: pecunia aliquando conceditur ad impreſtitum cum lucro ultra capitale abſq; licito labore & dãno. Sicut qui coacte mutuat cum damno: aut labore: & amiſſione temporis notabiliter: in tantum poteſt refici. Item ad tempus licite expectare poteſt qui & uendere ultimum pretium condignum ad nũmos: tunc nihil plus addere uellet uſque ad decem annos & ultra. Verũtamen illis perſonis omnino dando

quæ lucrari: et non perdere poſſint: et fraudari.

De contractu illicito Paragraphus q̄rtus.

Aliter ſemper peccat mortaliter qui uendit: et tenetur ad reſtitutionem. Sed ſymoniacus malitioſus eſt excommunicatus: et tenetur ad reſtituendum premium: et beneficium quod habuit.

De ſolutione licita Paragraphus q̄ntus.

Solutio licita eſt quæ in rebus: uel pecuniis curſiuis: nō angarizatis: falſis: uel pretio defraudatis perſoluitur.

De ſolutione illicita Paragraphus ſextus.

Illicita ſolutio eſt quæ uel ī rebus quæ uendi nō poſſunt niſi cum intereſſe: et in pecuniis nimis detonſis: falſis: uel diminutis. Sicut ſunt floreni uel ungari: et cætera pro uenetis ducatis: uel aliter: et cætera. peccat qui hoc facit mortaliter: et tenetur ad reſtitutionem.

Capitulum ſeptimum de diebus ſanctorum feſtiuis: atque ſolemnibus.

h I ſunt dies feſti totius anni: qui celebrantur per eccleſiam. Et illi qui crucem habēt uigiliam obſeruant. Et nota quod quattuor tempora: et tota quadrageſima debet ieiunari.

Paragraphus.i.đ ſāctis occurrētibus ī Ianuario.

Ianuarius habet dies .xxxi.

i	Circuncisſionis.
vi	Epiphanie.
x	Sācti Pauli primi hæremitæ.
xvii	Sancti Antonii.
xxi	Sanctæ Agnetis uirginis.
xxv	Conuerſio ſancti Pauli.

Par.ii.de.s.ut ſupra.Februarius hēt dies.xxviii.

ii	Purificatio beatæ Mariæ uirginis.
iii	S.Blaſii epiſcopi et martyris.
v	S. Agatæ uirginis.
vi	S.Dorothie uirginis.
xiiii	S.Valentini epiſcopi.
xxii	Cathedra ſancti Petri.
xxiiii	S.Mathiæ apoſtoli.

Paragraphus.iii. Martius habet dies.xxxi.

vii	S.Thomas de Aquino.
xii	S. Gregorius papa.
xxi	S. Benedictus abbas.
xxv	Annuntiatio beatæ Mariæ.

Paragtaphus.iiii. Aprilis habet dies .xxx.

xxiiii	S.Georgii martyris.
xxv	S.Marci euangeliſtæ.
xxviiii	S.Petri martyris.

Paragraphus.v. Madius habet dies. xxxi.
i S. Philippi & Iacobi apoſtoli.
iii Sãctus Limiẽcius de ſãcta cruce.
vi S. Ioannes porta latina.
viiii Apparitio ſancti Michaelis.
xxv S. Vrbanus papa.
Paragraphus.vi. Iunius habet dies .xxx.
xi ✠ S.Barnabas.
xxiiii Natiuitas ſancti Ioannis baptiſtæ.
xxviiii ✠ S.Petri & Pauli apoſtolorum.
Paragraphus.vii. Iulius habet dies.xxxi.
xiii S.Margarita uirgo.
xxii S.Maria magdalena.
xxv ✠ S.Iacobus apoſtolus.
Paragraphus.viii. Auguſtus hẽt dies.xxxi.
i S.Petri in uinculis.
v S.Maria de niue.
x ✠ S.Laurentii.
xv ✠ Aſſumptio beatæ Mariæ.
xxiiii ✠ S.Bartholomæus apoſtolus.
xxviii S.Auguſtinus epiſcopus.
xxviiii Decollatio ſancti Ioannis baptiſtæ.
Paragraphus.viiii. Septẽber hẽt dies.xxx.
viii Natiuitas beatæ Mariæ.
xiiii Exaltatio ſanctæ crucis.
xxi ✠ S.Matheus apoſtolus.

xxviiii	S.Michael.
xxx	S.Hieronymus.

Paragraphus.x. October habet dies.xxxi.

iiii	S.Franciſcus.
xviii	S.Lucas euangeliſta.
xxi	S.Vrſola uirgo.
xxviii	S.Symeon & Iuda.

Paragraphus.xi. Nouēber habet dies.xxx.

i	Omnium ſanctorum.
xi	S.Martinus.
xxii	S.Cecilia uirgo.
xxiii	S.Clemens papa.
xxv	S.Catherina uirgo.
xxx	✠ S.Andreas apoſtolus.

Paragraphus.xii. Decēber habet dies. xxx.

iiii	S.Barbara.
vi	S.Nicolaus.
vii	S.Ambroſius epiſcopus.
viii	Conceptio beatæ Mariæ.
xiii	S.Lucia uirgo.
xxi	S.Thomas apoſtolus.
xxv	Natiuitas Chriſti.
xxvi	S.Stephanus.
xxvii	S.Ioannes apoſtolus.
xxviii	Innocentum feſtiuitas.
xxviiii	S.Thomas martyr.
xxxi	S.Silueſter papa.

Incipit tertia pars libelli de tranſitu morientiū.
Exordium.

Vm nec minori cura agendum eſſe putem in diſpoſitione: & ordinatione corpuſculi defunctorum in dei laudem: ſalutem animarum: & proximorum exemplo: q̄ in roboratione animarum defūctorum pro ſui ipſius tantūmodo ſalute. Propterea quæ neceſſaria ſunt: & utilia morientibus; hic infra diſtincte apponere curauimus.

Prima diuiſio.

Nimaduertendum eſt autem ſummopere ne pigritia: aut tarditate confeſſoris animæ defuncti aliquod ſpirituale damnum eueni re poſſit. Iccirco quæ infra annotata ſunt cura diligentiſſima exerceantur.

Capitulum primum de miſſa dicenda morienti.

I hora: tempus: & auctoritas fuerit coram moriente pro defūctis: uel de mortuis: uel de cruce miſſam celebrare optimum eſt: & ſaluberrimum.

Capitulum ſecundum de paſſiōe Chriſti: & aliis orationibus in hora mortis.

Einde:ac ĩterũ paſſio Chriſti legenda: & re
cordanda illi : ſi ualet moriens percipere o
mnino eſt:ſiue orationes quæ ſunt in fine libri.
Capitulũ.iii. de aſperſione aquæ ſanctæ.
Aepe tamẽ aqua aſpergendo ſancta illum di
cendo ut ſupra. Aſpge famulũ tuũ:& cætera.
Capitulum quartum de unctione.
T uigilandum inſuper eſt ne hora tranſeat
ad ungẽdum corpus oleo ſancto : & animam
deo commendandam
Capitulum quintum de oratõibus dicendis quæ
in ultima parte ſunt huius libelli.
Einde oratiõibus anteſcriptis a prĩcipio libelli
corpus:& animã morientis dño Ieſu chriſto :
ſuæq; genitrici glorioſiſſime orando cõmẽdare.
Capitulũ.vi. de officio defunctorũ.
Imiliter pro defuncto mortuorum officio uti
deuotiſſime decet. Iniungendo aſtantibus ui-
ris: aut pſalmos: aut alias orationes. Sed mulie
ribus. Pater noſter. & Aue maria. pro qualibet ea
rum. Et hoc ſæpius.
Capitulum ſeptimum de elemoſynis fiendis
ante exitum infirmorum.
Nimaduertendũ : ac ſũmopere ſuadendũ eſt
parentibus : & cognatis:ut anteq̃ de corpore
anima morientis exeat:ſi commoditas aderit : &

facultas:ſiue partem:ſiue totũ elemoſynarũ quæ fiende poſt obitũ erunt: tunc erogare omnino uelint: ut illarum elemoſynarũ ſuffragia in deceſſu illius defuncti q̃primũ antecedentia: diuinã illi præſtare poſſint lucem. Vel ſaltem more antedicto illico tradant.xiii.prope erga domũ elemoſyne panis uini:nummiq;:cum cæteris ſuperius cõmemoratis operibus miſericordiæ corporalibus.

Secunda diuiſio.

Hæc eſt forma quædam deuotiſſima funerum exercenda:e amicis:& charis. Et a confeſſoribus omnibus infirmis commendanda:his.ſ. qui facultatem habent erogandi.

Capitulum primum de uitanda inanis gloria in exequiis mortuorum.

Vm.n.omnino euitanda ſit inanis gloria ab oĩbus catholicis: deiq; fidelibus uiuẽtibus:& ualentibus. Multo lõgius ab ægrotis: & defunctis:qui diuina ſtrictius ultõe detenti ſũt: fugienda:atq; deteſtanda pœnitus eſt. Quãobrẽ inanis apparatus in funeribus remittendus:ĩmo & negandus eſt. Verũtamen ad ſacroſãctæ eccleſiæ præcæpta ſeruãdũ capitulũ ſuæ dioceſis. Plebanum uidelicet cũ preſbyteris: ſiue cũ aliqbus deuotis plebãis:aut preſbyteris aliis uocari dcet: qui cõpoſite:& deuote exequias pficere ualeant.

Capitulum ſecundũ de electione .xiii. paupeꝶ.

Nſuper in memoriam: & cõmemorationẽ dñi noſtri Ieſu chriſti: ſuorũq; apoſtoloꝶ xiii. eligantur pauperes: uel ſancti Raphaelis: uel ſanctæ Agnetis ad conſiſtendũ: & ſociandũ corpus uſq; ad tumulũ: in manibus deferentes accẽſos cereos. Si uero huiuſmodi paupes haberi minime poſſint: habeantur laici mendicantes. Quibus loco quo uixerit defunctus prandiũ præparetur: uel cœna ubi tumulatum fuerit cadauer: in cœne domini commemorationem.

Capitulum tertiũ de religioſis uiris beneficiatis.

Einde fratres: & religioſi q̄ beneficiati fuerint ad funera exequẽda uocent̃. Qui locũ cœnobii præueniant ubi agẽdæ ſunt exeqæ: ibiq; permanẽtes donec miſſa ſolemniter cantata fuerit: ſi aderit tẽpus: donecque tumulatũ: & humo traditum erit ipſum cadauer. Cum hoc quod ſi nimia hora prandii tranſierit ibidem reficiantur una cum preſbyteris: clericis: & pauperibus. In commemoratione prandii Ieſu chriſti in domo Zachei: & Mariæ magdalenæ: quibus ſalutem: uitamq; donauit æternã de bonis ipſius defũcti.

Capitulum quartum de diuerſitate religionum: atque miſſarum: non cauſa ſuperſtitionis: ſed gratia maioris deuotionis.

n E ob ignorantiã ægrotantium: quibus legare aliquid obſeruantium monaſteriis debeant: animæ eoꝵ præmia amittant æterna: non attribuẽtes elemoſynaꝵ ſuffragia. Cui tñ placuerit decreui ĩferius diuerſaꝵ religionũ obſeruãtiũ uirorum: ſanctarũq; monialiũ cum cõuentibus ſuis ordinate diſponere: cum miſſis: atq; orationibus dicendis ab illis.

Cœnobia religioſorum uirorum obſeruantium.

Cartuſiẽſies. Triciariũ. Miſe.iii. de Trĩtate.

Ordinis ſancti Benedicti.

Mõaci.s.Georgii.m. .I. .T. .M.v.de Cruce.
S.Nicolai .I. .T. .M. vii.de Sãcto.S.
S.Helenæ. .I. .T. .M. vii.de Domina.
S.Michaelis .I. .T. .M. viiii. đ Angelis.

Ordinis ſancti Auguſtini.

Canõici reg.charitatis. T.M.xii. Patriarchaꝵ.s.
Prima dominica aduentus.
S.Saluatoris. .I. .T. .M. xxiiii.Prophetaꝵ.s.
Secunda dominica aduentus.
S.Spiritus. .I. .T. .M. xii. Apoſtolorũ.

Ordinis minorum.

S.Franciſci de uinea.
S.Iob.

Ordinis prædicatorum.

S Dominici cōuētus. .M. iiii. Euāgeliſtaꝝ.
S.Petri martyris. .M. iii. Martyrum.
S.Chriſtofori.
S.Raphaelis. .M. iii. Virginum.
S.Agnetis paupes. Pater noſter.& Aue.m.C.
Seruoꝝ uenetiaꝝ:& iudæ. T.M.iii. ꝑ oibus ſcīs

Cenobia religioſarum obſeruantium monialiū.

S.Crucis de iudea.
S.Seruuli.
S.Clare de mur.
S.Iuſtinæ.
S.Ludouici.
S.Catherinæ.
S.Hieronymi.
S. Andreæ.
S.Corporis Chriſti.
S.Annuntiatæ.
S.Franciſci ſtigmatū.
S.Sanctoꝝ omnium.
S.Laurentii.

Pro quolibet iſtoꝝ Cœnobioꝝ:ſiue mōaſterioꝝ moniali unum pſalteriū beatæ uirginis.M.Hoc eſt centū & qnquaginta Aue.m.cū Pater nr̄ in fine quaruncunq; .x. Aue. pro qualibet moniali cuiuſcunq; monaſterii.

Aec autem ad honeſtatis:deuotōis:& ſalutis gratiam dei:& hominū uendicandū in

agendis exequiis defunctoꝝ indicanda ſunt a cõ
feſſoribus his qui legandi facultatem habent ad
delenda peccata.
Vltima diuiſio tertiæ partis de orationibus dicẽ
dis in recõmendatione animaꝝ: in tranſitu defũ
ctoꝝ: ut ĩfra patet. Quæ oratões hñt ꝑ capitulis.

Capitulum primum.

o Suauiſſime dñe Ieſu beatorũ requies:
& omniũ in te ſperantiũ iucundiſſima
ſalus. Qui in noctæ paſſiõis tuæ ad pa
trem oraſti. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me ca
lix iſte: uerũtamen non mea uoluntas ſed tua fi
at. Et illa hora in tanta anguſtia fuiſti: ut de pre
tioſo corpoꝛ tuo ſanguis efflueret. Depræcamur
te bone Ieſu q̃tenus ſolita pietate tua adiuues a
nimam huius famuli tui: ut pro delictis: & offẽ
ſiõibus quæ cõmiſit terreatur & moueat̃ ad uerã
pœnitentiã: ut in hac extrema hora ĩ occurſu ad
uerſarii non paueat: aut in aduẽtu & aſpectu tui
iudex tremẽde accuſãte cõſciẽtia cõtremiſcat: ſed
potius faciẽ tuã in iubilo uidens delectet̃. Præſtã
te te dño Ieſu chriſto: cuius paſſione redemptus
eſt. Amem.

Capitulum ſecundum.

o Dulciſſime dñe Ieſu miſericordiaꝝ pr̃: &
totius cõſolatõis deus. qui ĩ nocte tuæ paſ
ſiõis ab apoſtolis derelictus fuiſti: & ĩter hoſtes

tuos ſolus remãſiſti. Supplicamus tibi dñe Ieſu ut nunc in obitu huius ſerui tui animã eius non derelinquas in manibus demonũ: ſed ad locum quietis: & tuæ beatiſſimæ uiſionis ipſam per tuæ mortis uirtutẽ ꝑducas.

Capitulũ tertiũ.

o Sacratiſſime dñe Ieſu ſaluator mũdi. Qui ob peccata noſtra abolenda crudeliter uerberari: ſpinis turpiter coronari: ab æmulis tuis enormiter deludi: & in cruce nudus ut latro ignominioſe affigi. Exoramus te domĩe Ieſu per has paſſiones tuas: ut animã huius famuli tui in extremis laborantis: uera contritione in peccatorũ cõmiſſoꝝ dolore uerberes: & uero timore corões: & in cruce tua oẽs eius mẽtales ſenſus crucifigas: q̃tenus ſic totus a te ſpiritualiter uulneratus: tuorũ uulnerꝝ merito omniũ delictorũ ſuoꝝ ueniã conſequatur: & ad gaudia cœleſtia peruenire mereatur. Amen.

Capitulũ quartũ.

o Piiſſime dñe Ieſu rex ſæculoꝝ. Qui ĩ cruce exiſtens pro tuis crucifixoribus patrem rogaſti dicens. Pater dimitte illis qa neſciũt qd faciunt. Deprecamur maieſtatẽ tuã dñe Ieſu: ut in mente huius ſerui tui tuæ oratiõis affectũ renouare digneris: quatenus oẽs eius offẽſas illi dimittas. Et ſicut tunc tu exauditus es: ſic nunc cũ patre ipſũ nos pro illo exorantes exaudire digneris.

Neſcit enī quid faciat dum ex fidei tarditate tepi
dus corā te exiſtit. Exoramus te bone Ieſu ut in
hoc obitu ſuo omnia peccata illi dimittas. Et ꝑ
tuæ ſacratiſſimæ paſſionis merito ad angelorum
ſocietatē eū clemēter ꝑducas. Capitulū. v.

o Glorioſiſſime domine Ieſu dulcedo ange
lorum. Qui in cruce pro nobis pendens ue
ram fidei lucē in cor latronis infudiſti: ut te uerū
deum & hominē cognoſceret: dū clamauit. Me
mento mei domine dum ueneris ī regnum tuū.
Maieſtatē tuam ſuppliciter exoramus ut ī famu
lo tuo in extremis laborante: uenerabile fidei ſa
cramentū conſeruare digneris: & dignitatē: qua
tenus tua ſacratiſſima paſſione mediante ſic in
cor eius tuum amorē imprimas: ut in ſuo obitu
tuo ardens amore ab īmundis ſpiritibus liberet̃:
& ad tuam beatam gloriam iubiloſe perducat̃.
Amen. Capitulum ſextum.

o Clementiſſime domine Ieſu uerbū æterni
patris: ac filius glorioſæ uirgīs Mariæ ma
tris. Qui mundū uiſibiliter deſerens: & maternæ
ſolicitudini compatiens: ei perdilectū diſcipulū
in filium adoptaſti. Supplicamur humiliter ma
ieſtati tuæ per merita paſſionis tuæ: per preces
& merita eiuſdem matris tuæ: & ꝑdilecti diſcipu
li tui: quatenus digneris in aīam huius ſerui tui

ſpiritũ tuæ charitatis infundere quo tibi coheres deo patri adoptetur ĩ filium. Cõmitte quæſo de trono gloriæ tuæ curã huius animæ glorioſæ matri tuæ: quatenus ĩ mortis agone aſpectus demonum non paueat: ſed in te læta mente confidens animã eius clementer ſuſcipias: & ad cœleſtẽ gloriam deducente ſacratiſſima matre tua perueniꝛ ualeat. Amen. Capitulũ ſeptimũ.

o Sacratiſſime dñe Ieſu corona certantium. Qui in cruce pro nobis pẽdẽs docuiſti nos compendioſe in noſtris extremis orare: dum tu nobis exemplum tribuens clamaſti. Parer in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. Exoramus maieſtatẽ tuam: quatenus ĩ uirtute ſpiritus ſancti eãdem digneris orationẽ in corde huius famuli tui imprimere: ut eam perſonet. Et in hac eius extrema hora illius ſentiat effectum in tuas ſacratiſſimas manus animam ſuam humiliter recommendando. Capitulum octauum.

o Miſericordiſſime domĩe Ieſu reparator humani generis. Qui in die paſſionis tuæ in neruorũ: & oſſium contractione pœnã acerbiſſimam ſenſiſti. Et precioſiſſimũ caput tuũ ſpinarum denſitate punctũ fuit. Et latus tuum lãcea perforatum extitit: unde fluxit ſanguis & aqua. Deprecamur maieſtatem tuã: quatenus animã

huius famuli tui uirtutū luminoſo ſplēdore illu
ſtres:& tribuas illi tuarū acerbitate ſpinarū meri
to de offenſis ab eo tibi illatis uehementer dolere
& penam habere:ut om̄ia eius delicta tuæ pretio
ſacratiſſimæ paſſionis deleantur ad angelorū ſo
cietatem te trahente peruenire ualeat. Amen.

Capitulum nonum.

o Glorioſiſſime domine Ieſu per angoniam
& orationē tuam ſanctiſſimā qua pro no-
bis oraſti in monte oliueti: quādo ſudor tuus fa
ctus eſt ſicut guttæ ſanguinis decurrētes in terrā.
Obſecramus te ut multitudinē ſudoris tui ſāgui
nei offerre:& oſtendere digneris deo patri omni-
potenti contra multitudinē omniū peccatorum
huius famuli tui. Et libera eum nūc in obitu ſuo
ab omnibus anguſtiis: quas pro peccatis ſuis ſe
meruiſſe cognoſcit. Capitulum decimū.

o Clemētiſſime domine Ieſu: qui pro nobis
in cruce mori dignatus es. Deprecamur te
quatenns oēs amaritudines: & paſſiones tuas q̄s
pro nobis miſeris peccatoribus in cruce ſuſtinui
ſti: & præſertim in illa hora quando anima tua
ſanctiſſima de corpore tuo ſacratiſſimo egreſſa
eſt:offerre & oſtendere digneris deo patri om̄ipo
tenti contra oēs pœnas: & paſſiones huius ſerui
tui:& libera eū in hoc obitu ſuo ab oībus pœnis

& paſſionibus: quas pro peccatis meruiſſe ſe ti-
met. Amen. Capitulũ undecimũ.

O Miſericordiſſime domine Ieſu: qui per os prophete dixiſti. In charitate perpetua dilexi te: ideo miſerans tui attraxi te. Supplicamus tibi quatenus eandem charitatẽ quæ de cœlis ad terras te traxit ad omniũ paſſionũ tuarũ tollerãtiam: offerre & oſtendere digneris deo patri om̃ipotenti contra omnes huius famuli tui paſſiões & pœnas: quas pro peccatis ſuis ſe meruiſſe arbitrat̃. Et aĩam eius in hoc obitu ſuo ſalua. Aperi illi o dulciſſime domine Ieſu pater miſericordiarũ ianuam uitæ: & regni cœlorũ. Et ipſam in regno tuo fac gaudere cum omnibus ſanctis. Amen.

Capitulum duodecimum.

O Piiſſime domine Ieſu dei & hominũ mediator. Qui pro ſalute noſtra pœnas nobis debitas in tuo paſſibili corpore ſuſtinuiſti. Et ut grauiores pœnarũ amaritudines guſtares: ſponte uoluiſti in hora tuæ paſſionis a tua humanitate dulcedinem unite tibi deitatis ſubtrahere: dũ clamaſti. Heloi: heloi lamaxabatani. Oramus clem̃tiam tuã quatenus ſuauiſſime domine Ieſu huius ſerui tui animam protegendo tua ſuaui conſolatione lætifices. Nam ſi ipſum ipſe paſtor deſeris: mox aduerſarius tuus in ipſum irruet: & oc

cidet. Si propter demerita ſua tribulari: & deſeri meretur: quæſumus ſuauiſſimã bonitatẽ tuam ne illum aduerſariis tradas diffidentiæ: & deſpatione tenebris tribulandũ: nec inſenſibilẽ ad gratiam facias. Sed per charitatis tuæ gratiam uiuẽs & tuæ abſentiæ amaritudinẽ ſentiẽs: pia uoce gemendo ad te clamet. Deus meus: deus meus: ut qd ƌreliqſti me? Tu aũt piiſſime pater & paſtor tua ſuaui pietate ſubueni: quem precio ſanguĩe tuo redemiſti. Nec tua gratia diu ipſum in hoc obitu patiatur affligi: donec ad cœleſtem patriã tuorum merito dolorum clementer perducas. Amen.

Capitulum decimumtertiũ.

o Suauiſſime domĩe Ieſu: dei & hominum mediator. Qui inter cætera tormenta quæ in cruce tuliſti: corporaliter ſitire uoluiſti uehemẽter: dum clamaſti. Scitio. Deprecamur maieſtatem tuã quatenus animã huius ſerui tui illo nũc igne digneris urere: quem ĩ terris mittere ueniſti. Quo cũctis uitiis deſiccatis: illius anima & caro charitatis tuæ igne ſuccenſa te ſolũ ſcitiat: te diligat: te quærat: repiat: & fruat̃. Et ipſam ad æternam beatitudinẽ ſanctiſſimæ paſſionis tuæ merito iubiloſæ digneris adducere. Amen.

Capitulum decimumquartum.

o Sacratiſſime domine Ieſu: omne bonum

cõſumans. Qui cum acetum guſtaſti dixiſti. Cõ
ſumatum eſt: & inclinato capite ſpiritũ emiſiſti.
Obſecramus maieſtatẽ tuam pro anima famuli
tui in extremis exiſtẽtis: quatenus gratiæ tuæ dul
cedinem: & ſplendidum fidei lumen infundas il
li: ut extremã horam ĩ ſanctæ charitatis tuæ bra-
chiis finire: & tibi dicere ualeat. Ecce clementiſſi
me domine Ieſu nũc ad te uenio tua ſuaui uoce
iube ſuſcipi ſpiritũ meum in æternam claritatẽ.
Amen. Capitulum decimumquintũ.

o Clementiſſime domine Ieſu: ſolamen mi
ſerorum. Qui peccata noſtra in tuo corpo
re portaſti. Vere tu es deus q dolores noſtros tuli
ſti: & a ꝑpetua morte nos liberaſti. Quia in ſacra
tiſſimo corpore tuo a plãta pedis uſq; ad uerticẽ
non fuit in te ſanitas. Et qui eras præ filiis homi
num ſpecioſus: quaſi leproſus reputatus fuiſti.
Deprecamur ſuauiſſimã charitatẽ tuam: quate
nus omnia huius ſerui tui peccatorũ uulnera ſa-
nes: ut omnibus uitiis emundatus ad te clemẽtiſ
ſimum patrẽ: & dominũ ſpirituali ſolamine ro-
boratus lætãter peruenire ualeat. Et qui tuo pre
cioſiſſimo ſanguine eſt redemptus: & tuæ paſſio
nis inſignia geſtat: ad glorioſiſſimã uiſionẽ tuã
omniũ paſſionũ tuarũ merito cõcomitantibus
ſanctis angelis deducere digneris. Amen.

Capitulum decimumſextum.

o Maria beatiſſima pp illius terroris com motioné: quo cor tuũ cõtremuit qñ fili um tuũ dulciſſimũ dñm noſtrũ Ieſum chriſtũ filiũ đi uiui ab ĩpiis captũ: ligatũ: ad ſup plicia tractũ: & ab oĩbus derelictũ eſſe audiſti. Adiuua nunc ſeruũ tuũ in extremis laborantẽ: quatenus de præteritis delictis uerã cõtritioné ha beat & doloré. Et illius cor illuſtratũ ſupno ſplẽ dore ſit in feruida pœnitẽtia: ne forte ĩ hoc obitu ſuo ĩ occurſu aduerſarii paueat. Aut ĩ aduẽtu & aſpectu tremẽdi iudicis accuſãte conſciẽtia cõtre miſcat. Sed potius precibus tuis ĩteruenĩetibus ipſius faciem in iubilo uidens delectetur. Amen.

Capitulum decimumſeptimum.

o Virgo dulciſſima dei gẽitrix Maria pp plã ctus & lachrymas qbus afficiebaris qñ filiũ tuũ dñm nřm Ieſũ chriſtũ filiũ dei uiui uidiſti præſi di pñtari: ab iniqs ĩnocẽs accuſari: & opprobriis affici. Impetra huic famulo tuo lachrymarum graciam: & ſacræ fidei indebile lumen: quo offen ſionis maculas abluere ualeat. Et tu mater glorio ſa eum nunc adiua: ne ſathanas illudere poſſit: ac diuerſis temptatibus pro libitu ſuo flagellare: deuictũq; reũ ſtatuere terribili iudici: ſed potius

ſeipſũ ĩ lumĩe fidei iudicet in præſẽti ac diſcipli nis uere pœnitentiæ deuote flagellet. Amen.

Capitulum decimũoctauum.

O Maria ſuauiſſima dei gẽitrix ob cruciatus & anguſtias quas ſuſtinuit cor tuũ quando filius tuus dominus noſter Ieſus chriſtus filius dei uiui clamãtibus iudeis crucifige: morti adiudicatus: & cruci ſupplicio condemnatus. Subueni piiſſima mater huic ſeruo tuo in extremis laboranti. Quia corpus illius dolore infirmitatis torquetur: & anima hinc per demonum ĩſidias: hinc per terrorem diſcrete diſcuſſionis anguſtiatur. Subueni inquã ſuauiſſima domina: ne æterne mortis ſententiam contra illum feratur: aut flammis æternalibus tradatur perpetuo cruciandus. Verum te pro ipſo intercedẽte ad cœleſtem gloriam potius peruenire mereatur. Amen.

Capitulum decimumnonum.

O Virgo clemẽtiſſima dei genitrix Maria ob illius doloris gladium: qui tuam fœliciſſimam animam pertranſiuit quando cernebas filium tuum delicatiſſimũ dominũ noſtrum Ieſũ chriſtum: filium dei uiui nudũ in cruce leuatũ: clauis perforatũ: cruore perfuſũ: ac plagis & uulneribus laceratũ. Adiuua nũc beatiſſima domĩa animã huius famuli tui: ut cõpaſſionis gladius

eam perfodiat : diuini timoris : & amoris lancea
uulneretur : ita ut oĩs peccati ſanguis noxius a pe
ctore ſuo effluat : uitiiſq; mundet̃ : & diuinis uir
tutibus decoret̃ : quatenus deſiderio : & toto affe
ctu terrena deſpiciens ad cœleſtia ſubleuetur : ad
quã te deducente iubiloſe peruenire mereatur.
Amen. Capitulum uigeſimum.

o Maria uirgo ſanctiſſima ob tormentum :
& grauamen quod cor tuũ ſuſtinuit quã
do filium tuum ſanctiſſimum dominũ noſtrũ
Ieſum chriſtum filium dei uiui præ dolore uoce
magna clamãtẽ : te matrem dilectã Ioanni cõmẽ
dantẽ : deficiente attendebas : ita ut præ nimio do
loris gladio uulnerata loqui non poteras. Subue
ni o glorioſa dña famulo tuo huic : quia lingua
eius ad te inuocandum ſe mouere non põt : oculi
eius lumine priuant̃ : aures eius ſurdeſcunt : & ob
turantur : omẽſq; uires : ac ſenſus deficiunt. O pi
iſſima mater exaudi preces nr̃as : quas ad aures
tuæ pietatis fũdimus. Et ſubueni ſibi ĩ hoc obitu
ſuo : ac ſuauiſſimo filio tuo eius ſpm̃ cõmẽda q̃te
nus tuo pio ĩteruẽtu a terroribus : & tormt̃is erua
tur : & ad deſideratam cœleſtis patriæ requiem te
comitante iubiloſe peruenire mereatur. Amen.

Capitulum uigeſimumprimum.

o Maria uirgo caſtiſſima ob acerbi eiulatus

planctum ꝙ de profundo pectoris erumpentem abſcondere non ualebas: quando in amplexus filii tui ruebas. Cuius genas ante nitentes: & ora rutilantia mortis paloribus perfundi conſpiciebas. Auxiliare ſuauiſſima mater huic ſeruo tuo: quatenus de delictis commiſſis ſic doleat: ut anima eius mellifluis oſculis: & amoroſis amplexibus domini noſtri ieſu chriſti in cœlorum beatiſſimo regno digne ualeat perfrui. Amen.

Capitulum uigeſimumſecundum.

o Maria uirgo glorioſiſſima ob ſingultus & ſuſpiria: indicibiliaq; lamenta quibus afficiebatur cor tuum quando cernebas filium tuum dominum noſtrum ieſum chriſtum filium dei uiui: animæ tuæ unicum ſolatium ſepeliri. Adiuua o ſacratiſſima mater animam ſerui tui in hac lachrymarum ualle laborantem: ut quũ de corpore egreſſa fuerit: tuis ſuffragantibus meritis cum corruſco charitatis lumine te concomitante domino noſtro ieſu chriſto glorificãda a te præſẽtet. Amen.

Capitulũ uigeſimũ tertiũ.

t E ſũma deus trinitas omnipotens æterne deus: qui es ſemper per omnia deus benedictus in ſæcula. Quem omnis ſpiritus laudat ſuppliciter exoramus: quatenus per meritum illius ineffabilis: & excellentiſſime cha-

ritatis qua dilectiſſimus filius tuus dominus no
ſter Ieſus chriſtus homo fieri dignatus eſt. Qua
etiam pro ſalute noſtra uincula: opprobria: con-
uitia: flagella: ſputa: lapas: coronam ſpineam: ac
immaniſſimam mortem amoroſe paſſus eſt. Ac
etiam per meritum glorioſiſſimæ: & beatiſſimæ
uirginis Mariæ: & omnium ſanctorum: qui tibi
ab initio mundi placuerunt. Necnon per uirtu
tem clauium ſpiritualium quas clementiſſime
bone Ieſu eccleſiæ tuæ miniſtris tradidiſti: ut
huic famulo tuo in extremis laboranti miſericor
diter indulgere digneris omnia peccata ſua quæ
ab hora ſacri baptiſmatis uſque ad præſens quo
quo modo malitia: miſeria: ignorantia: ac fragi-
litate commiſit. Et ipſum per ſanctas indulgen-
tias: & abſolutiones ex theſauris tuæ immenſæ
charitatis indultas reddere digneris in illa purita
te: innocentia: ac ſpirituali claritate: quas in ba-
ptiſmate donare dignatus es. Dignare etiam ſua
uiſſimæ domine Ieſu ab omni aſpectu: & terrore
demonum ipſum tueri. Et propter glorioſi no-
minis tui honorem ipſum in conſpectu diuinæ
maieſtatis tuæ gratum reddere. Quatenus dul-
ciſſime pater: ac amabiliſſimæ redemptor bone
Ieſu merito omnium ſanctorum tuorū: & præ-
ſertim ſacratiſſime paſſionis tuæ anima eius in

ulnas ſanctæ charitatis tuæ clementer ſuſcipias te perhenni iubilo in celorum beatiſſimo regno æternaliter fruiturum. Amen.

Capitulum uigeſimumquartum.

d Omine deus om̃ipotẽs: qui trinus & unus es: tua eximia compulſi charitate: te humiliter exoramus pro anima ſerui tui nunc in extremis laborantis: quam ſacratiſſime domine commendamus piiſſimæ omnipotentiæ tuæ: ut illam ab aſpectu: & terrore demonum cuſtodias: & tuearis: ne in deſperatione labatur: ne diffidentiæ temptationibus obnubiletur: ac præteritarum culparum recordatione maculetur. Exaudi nos domine glorioſe tuam ſuauiſſimam bonitatem interpellantes pro illa. Et exaudi per orationes Patriarcharum. Per merita prophetarum. Per ſuffragia apoſtolorum. Per uictoriam martyrum. Per fidem confeſſorum. Per caſtitatem uirginum. Per deuotam interceſſionẽ omnium qui tibi ab initio placuerunt. Suauiſſime domine ab ipſa anima expelle iactantiam: & compunctionem tribue. Superbiam minue: & perfice humilitatem. Fletum ſuſcita: & cor eius molifica. Ab omnibus inſidiis inimici illam clæmenter libera: & in lumine fidei conſerua illam. Lumen gratiæ tuæ infunde illi: ut de omnibus pec-

catis ueram contritionem obtineat. Clementiſſi me domine omnia deſideria mala tolle ab ipſa. Omnia diaboli tela ignea extingue. Dona illi lachrymas ex tuo ardenti affectu: quæ peccatorum ſuorum diſſoluant uincula. Audi domine quæ petit: & celeriter exaudi. Si deſpicis prorſus periit: ſi proſpicis uiuit. Si iuſticiam requiris ante te mortua fetet. Si cum miſericordia reſpexeris: ipſam peccatis fetentem de deſperationis baratro ſuſcitas. Quod in ea odis longe fac ab ipſa: & ſpiritũ tuæ ſpũalis læticiæ illi tribue. Bone ieſu aĩæ eius parce malis crĩbus & peccatis. Viſita illum infirmum: ægrotum cura: ſana languidum. Domine ieſu da illi cor quod timeat te: ſenſum qui te intelligat: & oculos ſpirituales qui uideant te. Domine ieſu miſerere illi: & de maieſtatis tuæ ſede clæmenter reſpice: & animæ eius tenebras tui ſplendoris radio illumina. Clæmentiſſime domine ieſu a te peccatorum eius remiſſionem humiliter petimus: a quo: & per quem eſt omnis propitiatio. Sancta & immaculata uirgo Maria domini noſtri ieſu chiſti mater: te obnixe deprecamur: quatenus pro anima huius ſerui tui interuenire digneris apud illum cuius templum effici meruiſti. Sancte michael. Sancte Gabriel. Sancte Raphael. Sancte Angele: cuſtos eius cũ

omnibus choris angelorum:patriarcharum:pro phetarum : apoſtolorum : martyrum:confeſſo-rum:ſacerdotum: leuitarum: heremitarum: do ctorum:monachorum:uirginum: omniumque iuſtorum. Per eximium domini noſtri ieſu chri-ſti amorem qui uos elegit: de cuius cõtemplatio ne gaudetis: uos orare præſumimus pro huius fratris noſtri anima:ut pro ipſa ſupplicare digne mini. Quatenus de diaboli faucibus:& de morte perpetua liberari mereatur. Domine Ieſu perpe-tuam uitam ſecundum magnam miſericordiam tuam ei largiri digneris. O clementiſſime domi ne ieſu qui omnium miſereris famulum tuum a tua miſericordia fieri alienum non patiaris. Quatenus in paſſionis ſacratiſſimæ tuæ merito ab om̃ibus peccatis ſuis abluatur: & tecum æter naliter in cœlorum beatiſſimo regno glorietur. Amen.

Capitulũ uigeſimũquintũ.

d Omine ieſu deus noſter in adiutorium ſerui tui morientis intende. Domine ad adiuuandum illum feſtina. Amen.

Capitulum uigeſimumſextum.

i Eſu deus noſter oculos famuli tui illumi-na: ne in morte obdormiat: neque inimi cus eius dicat. Præualui aduerſus eum. Exaudi domine ieſu orationes noſtras pro eo: illumina

domine Ieſu animam eius. Signa domine ieſu lumen uultus tui ſuper eum. Humilem lætici-am domine Ieſu infunde in cor eius. Voce no-ſtra domine ieſu clamamus ad te pro eo. Bone ieſu de excelſo gloriæ tuæ exaudi nos pro eo oran tes. Suſceptor eſto domine ieſu eius in obitu ſuo. angelorū domine ieſu lætifica animā eius.

Capitulum uigeſimumſeptimū.

o Maria uirgo ſuauiſſima huic ſeruo tuo morienti miſerere. Et orationem noſtrā pro eo pia mater exaudi. Ad te glorioſiſſima uir go Maria oramus pro famulo tuo. Mater ſacra tiſſima nos orantes pro eo uelociter exaudi. Re ſpice beatiſſima uirgo Maria in ſeruuum tuum: & miſerere illi: quia glorioſa mater unicus & pau per eſt. In pace tua ſuauiſſima uirgo Maria hu-ius famuli tui anima dormiat: & requieſcat. Au ribus gloſioſa uirgo Maria percipe uerba oratio nis noſtræ pro famulo tuo: & intellige clamo-rem cordis noſtri pro eo beatiſſima mater.

Capitulum uigeſimumoctauum.

i Eſu dominus deus noſter uoces orationis noſtræ pro famulo tuo intēde rex noſter: bone ieſu cor eius illumina. Et lætetur domine ieſu anima ſerui tui: quia ſperat in re. Domine ieſu ſemper exultet de te. Sperat bone ieſu fa-

mulus tuus in te. Domine ieſu ſaluũ fac ipſum ex omnibus perſerquentibus eum: & libera illũ. Vt quid bone ieſu receſiſti longe. Domine ieſu ne deſpicias ſeruum tuum in opportunitatibus & tribulatione. Secundum miſericordiam tuam domine ieſu animam ſerui tui uiuifica: ut bone ieſu nomini tuo pſallat in euum.

Capitulum uigeſimumnonum.

m Aria uirgo piiſſima ſeruo tuo miſerere: quoniam infirmus eſt. Animam eius ſua uiſſima mater ſana: quia omnia interiora eius conturbata ſunt. Animã ſerui tui glorioſa uirgo maria de manu ſathanæ eripe. Cõuertere pia mater & ſaluum fac illum. Reſpice ſuauiſſima uirgo Maria inimicos ſerui tui: quoniam multiplicati ſunt. Beatiſſima mater adiuua illum ne pereat. In tua iuſticia ſuauiſſima uirgo Maria deduc famulum tuum propter inimicos eius: dirige in conſpectu tuo uias eius. Anima ſerui tui turbata eſt ualde: & tu ſuauiſſima mater ſalua illum ne cadat a uia ſancta.

Capitulum trigeſimum.

i Eſu domine deus noſter ne in furore arguas ſeruum tuum: neque bone ieſu in ira tua corripias illum. Exultet bone ieſu in te ſalutari ſuo ſeruus tuus. Bone ieſu libera eum ab in

teritu demonis. Saluum fac bone ieſu ſeruum tuum: quoniam ſpiritus eius deficit. & ueritates tuæ ab anima eius diminutæ ſunt. Vide domine ieſu animam ſerui tui in obitu laborante: & de manu peccatoris libera eam. Serua domine ieſu animam ſerui tui: & cuſtodi illam a generatione mala in euum.

Capitulum trigeſimumprimum.

m Aria uirgo ſacratiſſima adſis famulo tuo: mater beatiſſima adiuua illum ne pereat. Auribus percipeglorioſa uirgo maria orationem noſtram pro famulo tuo: ne demon glorietur de illius perditione. Refugium eſto ſuauiſſima uirgo Maria huic pauperculo moriẽti: & in hac horribili tribulatõe eſto illi adiutrix. In lumine fidei glorioſiſſima uirgo Maria animam ſerui tui lætifica: ut illius mens non moueatur a timore domini. A reſiſtentibus dextera tuæ ſuauiſſima uirgo maria animã famuli tui cuſtodi: & præſentia tua conſola illam.

Capitulum trigeſimumſecundum.

i Eſu domine deus noſter animam famuli tui conſerua: quoniam ſperat in te: illuſtra cor eius: ut iubiloſe ad te ueniat. Exultet bone ieſu cor ſerui tui moriẽtis in te cantet: & pſallat tibi domino deo ſuo in æternum. Sub umbra

alarum tuarum domine ieſu famulum tuum protege a facie impiorum qui illum affligunt. Vſquequo bone ieſu obliuiſceris ſerui tui? uſq; quo auertes faciem tuam ab eo? Salua domĩe ieſu ex ore leonis animã famuli tui: & a cornibus unicorniũ bone ieſu miſericorditer libera eam.

Capitulum trigeſimumtertium.

m Aria uirgo beatiſſima miſericordias tuas cum famulo tuo moriente mirifica: illum in te ſperantem ſaluum fac. Aures tuas glorioſiſſima uirgo maria ad ſeruũ tuum inclina: & affectum cordis illius exaudi. Nam in tribulatione maxima uerſatur. Reſpice ſuauiſſima uirgo maria huius ſerui tui morientis anguſtias: & illum libera: & ad preces noſtras pro illo intẽde. In hac terribili animaduerſiõe famuli tui glorioſiſſima uirgo maria inuocamus te: quatenus ſuaui aſpectu tuo lætifices illum. Ad te ſuauiſſima uirgo Maria animam ſerui tui trahe: non erubeſcat: quoniam ſperat in te.

Capitulum trigeſimumquartum.

i Eſu domine deus noſter anima famuli tui requieſcat in te: eſto illi nunc refugiũ & liberator. Exurge bonæ Ieſu in adiutorium ſerui tui. Demonem præueni: & expelle illum: ne animam famuli tui rapere ualeat. Sit bone ieſu

nomē tuum dulciſſimum benedictū: ex hoc nūc & uſq; in ſeculum. Voce noſtra bone Ieſu ad te pro ſeruo tuo clamamus: ſalua illius animam in hac hora. Saluam fac domine Ieſu animam famuli tui: & libera eam bone ieſu: quia deus ſuus es tu.

Capitulū trigeſimumquintū.

m Aria uirgo beatiſſima animam ſerui tui illumina: & tenebras eius mentales tua prece depelle. Ab inſurgentibus in famulum tuum glorioſa uirgo Maria libera eum: & a ſpiritu iniquo protege illum. Reſpice in ſeruum tuum morientem ſuauiſſima uirgo maria: & libera eū ne pereat. Imple clementiſſima uirgo Maria preces noſtras pro famulo tuo: ut ſentiat quia tu es eius ſuauiſſima mater. Auxilium de cœlo glorioſa uirgo maria mitte ſeruo tuo: & de excelſo tuere illum

Capitulum trigeſimūſextum.

i Eſu domine deus noſter animā ſerui tui ſaluam fac: ut de tua præſentia ſemper lætetur. Exultet in te bone ieſu ſeruus tuus: pſallat & cantat tibi in euum. Speret in te domine Ieſu famulus tuus: eripe illum ne pereat. Vias tuas domine Ieſu ſeruo tuo oſtende: & ſemitas tuas edoce illum. Secundum miſericordiam tuam domine Ieſu miſere ſeruo tuo: & propter bonitatem tuam animam illius illumina.

Capitulum trigeſimumſeptimum.

m Aria uirgo beatiſſima auxilium tuum ne elongaueris a ſeruo tuo: ad illius defenſionem propera. Aframea diaboli glorioſa uirgo Maria animam famuli tui libera: & de manu illius erue ipſam. Reminiſcere miſericordiarum tuarum ſuauiſſima uirgo Maria: & de inferno animam ſerui tui libera. In ueritate tua glorioſa uirgo maria animā famuli tui dirige: & eſto illi ſuauiſſima conſolatrix. Animam ſerui tui beatiſſima uirgo Maria cuſtodi: & erue illam ne ī deſperationem labatur.

Capitulum trigeſimumoctauum.

i Eſu domine deus noſter humilitatem: & laborem famuli tui uide: & omnia eius delicta dimitte. Exaudi bone ieſu uocem noſtram: qua pro anima ſerui tui ad te clamamus: miſerere illi & ſalua illam. Saluam fac animam famuli tui domine Ieſu: & de cœlo benedic illi. Velociter bone Ieſu preces noſtras pro ſeruo tuo exaudi: quia illius ſpiritus deficere incipit. Secundum miſericordiam tuam domine Ieſu animam famuli tui uiuifica: ut ſanctæ fidei lumen iubiloſe cuſtodiat.

Capitulū trigeſimūnonum.

m Aria uirgo ſuauiſſima ſeruo tuo quoniā tribulatur miſereř: & ne aſpectu demonis

terreatur illum adiuua. Anima ſeurí tui bone Ie
ſu: & glorioſa uirgo Maria iubilet in te: & dele
ctetur in ſuauiſſimo natu tuo. Reſpice beatiſſi
ma uirgo Maria ad famulũ tuum: in manibus
tuis illius animam ſuſcipe. Illuſtra faciem tuam
glorioſa uirgo Maria ſuper ſeruum tuũ: in tua
miſericordia illum ſaluum fac. A perſequenti
bus animam ſerui tui ſuauiſſima uirgo Maria
eripe illum: & de manu odientium eum libera il
lum uelociter.

Capitulum quadrageſimum.

i Eſu domine deus noſter iudica animæ ſer
ui tui nocentes: expugna ocius impugnan
tes illam. Effunde bone ieſu frameam tuam ad
uerſus illos qui perſequũtur animã famuli tui.
Dic animæ eius ſalus tua ego ſum. Salus domĩe
Ieſu eſto animæ ſerui tui: & eius protector in o
mni tribulatione. Vide bone Ieſu afflictionem
famuli tui: ne ſileas: & ne diſcedas ab illo. Salua
tor animarum bone Ieſu exurge in adiutorium
ſerui tui: ne a te aſpectu demonis ſeparetur.

Capitulum quadrageſimũprimum.

m Aria uirgo beatiſſima eſto animæ famuli
tui in refugium a tribulatione quæ circun
dat illam: tua præſentia lætifica illam. Apprehen
de glorioſa uirgo Maria arma & ſcutum: & exur

ge in adiutorium ſerui tui. Retrorſum auertātur ſuauiſſima uirgo Maria: & confundantur demones. Et ne aīam famuli tui obnubilent: tu glorioſa uirgo domina adiuua illam. Induantur glorioſa uirgo maria demones pudore: & confuſione: animæ ſerui tui in nullo prorſus nocere ualeant. Animam famuli tui clæmentiſſima uirgo Maria reſpice: & ab deceptione aduerſarii illam erue.

Capitulū quadrageſimūſecundum.

i Eſu domine deus noſter intende animæ famuli tui: & libera illam: & propter terrorem inimici tuo ſplendore illuſtra illam. Exaudi bone ieſu ſeruum tuum: quoniam benigna eſt miſericordia tua. Secundum meritum gratiæ tuæ libera illum. Saluum fac bonæ Ieſu ſeruum tuum: illius mentem tua gratia illumina. Vocem ſerui tui domine Ieſu exaudi in hac ora: et propter nomen ſanctum tuum protege illum. Salus electorum bone Ieſu tu es: in lumine tuo lætifica animam famuli tui; ut ad te perueniat.

Capitulū quadrageſimūquintum.

m Aria uirgo beatiſſima famulo tuo miſerere: quoniam undiq; conculcatur: & demon tota die impugnans tribulat animam ſerui tui glorioſa uirgo Maria de te exultare fac: ut

delectetur in ſuauiſſimo filio tuo. Redde beatiſſima uirgo Maria ſpiritualem læticiā famulo tuo & per te cor illius confirmetur ī domino deo. Inclina glorioſa uirgo maria aurem tuam ad ſeruū tuum: quoniam inops & pauper eſt. Adiutrix eſto ſuauiſſima uirgo Maria famulo tuo: adiuua illum ne in æternum pereat.

Capitulum quadrageſimūquartū.

i Eſu domine deus noſter ſecundum miſericordiam tuam iudica ſeruum tuum: et qui oderunt eum non ſupergaudeant illi. Exurge bone Ieſu adiuua ſeruum tuum: & propter nomen tuum redime illum. Salutaris noſter bonæ Ieſu ad te conuerte ſeruum tuum: & oſtende illi glorioſam faciem tuam. Veritatem: & lucem tuam bone ieſu emitte famulo tuo: & ipſe illius animam ad te adducant. Spiritum tuum domine Ieſu infunde ſeruo tuo ut uiuat in æternum.

Capitulum quadrageſimumquintum.

m Aria uirgo ſuauiſſima famulo tuo miſerere: quoniam in te confidit anima eius. Adiuua glorioſa uirgo Maria ſeruum tuum: et ſaluus erit: meditetur ſemper in lege domini. Reſpice beatiſſima uirgo Maria in ſeruum tuū:

& miſerere illi. Da ſpirituale donum illi: ut filius gratiæ ſit. In quacunq; hora glorioſa uirgo Maria inuocauerimus te pro ſeruo tuo uelociter exaudi nos orantes pro illo. Auribus percipe beatiſſima uirgo Maria orationes noſtras pro famulo tuo: & intende ad deprecationem noſtram.

Capitulum quadrageſimumſextum.

i Eſu domine deus noſter ſuſceptor eſto famuli tui: & libera illum ab omni malo. Exurge bone Ieſu ſaluum fac ſeruum tuum: ut non timeat demones circundantes animam eius. Seruus tuus domine ieſu anguſtiatur: ſubueni illi ut tua preſentia conſoletur. Vide domine Ieſu temptationes quas famulus tuus patitur: & ſuccurre illi ne pereat. Sentiat anima ſerui tui domine Ieſu auxiliũ gratiæ tuæ & perpetuo gaudeat in te.

Capitulum quadrageſimumſeptimum.

m Aria uirgo dulciſſima exultet ſeruus tuus in tua miſericordia: quoniam tu es ſuauiſſima peccatorum reſpiratio. Anima ſerui tui glorioſa uirgo Maria exultet in te: non deſeras neq; deſpicias illum. Reſpice glorioſa uirgo Maria afflictiones quas patitur anima ſerui tui: non de

relinquas illum demoni tribulandum. In ſemi-
tam rectam glorioſiſſima uirgo Maria animam
famuli tui deducas: ne glorietur ſathan contra il
lum. Ad te glorioſa uirgo maria pie clamamus
pro anima ſerui tui: ut tuo benigno foueat᷑ pre
ſidio.

Capitulum quadrageſimumoctauum.

i Eſu domine deus noſter adiutor eſto fa-
mulo tuo: & lumen ſancte fidei illi infun
de ut læte ueniat ad te. Exurge bone ieſu iu adiu
torium anime famuli tui: exurge & ne repellas il
lum a te. Suſcipe domine ieſu animā ſerui tui
& uiuat: & non confundas illum ab expectatio-
ne ſua. Virtutum amator bone ieſu conuerte fa
ciem tuam ad famulum tuum & ab omni dolo-
re libera eum. Super ſeruum tuum domine ieſu
deprecabilis eſto: & ſalua illum ab omni malo.

Capitulum quadrageſimumnonum.

m Aria uirgo ſuauiſſima famulum tuū ab
omnibus anguſtiis quas patitur libera: ut
iubiletur cū oībus ſanctis ad te. Adhereat glorio
ſa uirgo Maria anima ſerui tui tibi: tu ſuſcipe il
lam ut ſequatur te. Recordare beatiſſima uirgo
maria qa tu es aduocata miſeroꝝ miſerere aīe fa
muli tui: ut ad iucūditatē cœleſtē ꝑuenir̄ ualeat.
In mãibus tuis glorioſa uirgo Maria aīam fāuli

tui ſuſcipe clementer: ut exultet & lætetur de tua gloria: & ſaluatione ſua. Ad te ſuauiſſima uirgo Maria oramus pro anima famuli tui: ut per te præſentetur glorioſiſſimo filio domino noſtro ieſu chriſto perpetuo ſpiritualiter copulanda. Amen.

Capitulum quinquageſimum.

l Audate omnes ciues cœlici dominũ ieſum cum glorioſa uirgine Maria in ſpiritu iubilationis: omnis terra cum gaudio laudet matrem cum filio: cum quibus anima huius famuli ſemper uiuat.

Ne reminiſcaris domine delicta famuli tui: neq; uindictam ſumas de peccatis eius bone ieſu domine deus noſter.

k Yrieleiſon. Chriſteleiſon. Kyrieleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

P Ater de cœlis deus miſerere ei.

F Ili redemptor mundi deus miſerere ei.

S Piritus ſancte deus miſerere ei.

S Ancta trinitas unus deus miſere ei.

S Ancta anima domini noſtri Ieſu Chriſti miſere ei.

S Ancta Maria ora pro eo.

SAncta dei genitrix ora pro eo.
SAncta uirgo uirginum. or̄.
SAncte Michael. or̄.
SAncte Gabriel. or̄.
SAncte Raphael. or̄.
SAncte angele cuſtos eius. or̄.
OMnes ſancti beatoꝝ ſpirituū ordines. or̄t.
SAncte Iohannes baptiſta. or̄.
OMnes ſancti patriarchæ & ꝓphetæ. or̄t.
SAncte Petre. or̄.
SAncte Paule. or̄.
SAncte Andrea. or̄.
SAncte Iacobe. or̄.
SAncte Iohannes. or̄.
SAncte Pilippe. or̄.
SAncte Bartholomæe. or̄.
SAncte mathee. or̄.
SAncte thoma. or̄.
SAncte Iacobe. or̄.
SAncte Simon. or̄.
SAncte Tadee. or̄.
SAncte mathia. or̄.
SAncte Luca. or̄.
SAncte Marce. or̄.
SAncte Barnaba. or̄.
OMnes ſancti Apoſtoli & euangeliſtæ. or̄t.

O Mnes ſancti diſcipuli & innocentes. orate.
S Ancte Stephane. ora.
S Ancte Clemens. ora.
S Ancte Sixte. ora.
S Ancte Corneli. ora.
S Ancte Cypriane. ora.
S Ancte Laurenti. ora.
S Ancte Vicenti. ora.
S Ancte Ignati. ora.
S Ancte Fabiane. ora.
S Ancte Sebaſtiane. ora.
S Ancte Mauriti cum ſociis tuis. orate.
S Ancte Dionyſi cum ſociis tuis. orate.
O Mmnes ſancti martyres. orate.
S Ancte Silueſter. ora.
S Ancte Gregori. ora.
S Ancte Martine. ora.
S Ancte Nicolae. ora.
S Ancte Ambroſi. ora.
S Ancte Auguſtine. ora.
S Ancte Hieronyme. ora.
S Ancte Antoni. ora.
S Ancte Paule prime heremita. ora.
S Ancte Benedicte. ora.
S Ancte Bernarde. ora.
S Ancte Franciſce. ora.

S Ancte Dominice. or.
O Mnes ſancti confeſſores ort.
S Ancta Fœlicitas. or.
S Ancta Perpetua. or.
S Ancta Blandina. or.
S Ancta Agnes. or.
S Ancta Cecilia. or.
S Ancta Apolonia. or.
S Ancta Catherina. or.
S Ancta Maria magdalena. or.
S Ancta Margarita. or.
O Mnes ſancte uirgĩes & cõtinẽtes orate pro eo.
O Mmnes ſancti & ſancte dei orate pro eo.
P Ropitius eſto parce ei domine.
P Rropitius eſto: & a morte perpetua libera eum domine.
A Viſione diaboli libera eum domine.
A Terrore demonum libera eum domine.
A Gelu horrido & calore nimio libera eum domine.
A Diffidentia mentis libera eum domine.
A Tenebris mentalibus libera eum domine.
A Loco penarum: & pondere peccatorum libera eum domine.
A B omni malo: & auditu maledictionis æterne libera eum domine.

PEr annuntiationem & natiuitatem tuam libera eum domine.

PEr uincula: opprobria: & conuitia tua libera eum domine.

PEr flagella alapas & ſputa libera eũ domine.

PEr coronam ſpineam: deriſiones: paſſionem: & crucem tuam. libera eum domine.

PEr ſacratiſſimam mortem tuam. libera eum domine.

PEr glorioſã reſurrectionẽ tuã. libera eũ dñe.

PEr admirabilẽ aſcenſionẽ tuam libera eũ dñe.

PEr gratiam ſpiritus paracliti. libera eum dñe.

IN die iudicii libera eum domine.

PEr interceſſionem omnium ſanctorum libera eum domine.

PEccatores te rogamus audi nos.

VT iracundie tuæ flagella ab eo remoueas te rogamus audi nos.

VT eum ab omnibus erroribus abſoluas te rogamus audi nos.

VT ſpiritum eius a loco horroris: & tenebrarũ liberes te rogamus audi nos.

VT eum in numero electorum tuorum aſſumas te rogamus audi nos.

VT a conſortio malorum eum diſcerni facias te rogamus audi nos.

VT eum in regione uiuorum cum ſanctis ange lis collocare digneris te ro.

VT eum premia uitæ æternæ adipiſci facias te rogamus audi nos.

VT eum a mortifero diabolo defendere digne ris te rogamus audi nos.

FIli dei te rogamus audi nos.

DOmine Ieſu chriſte pro nobis crucifixe te ro.

DOmine Ieſu chriſte de aduerſariis triumpha tor te rogamus audi nos.

DOmine Ieſu chriſte aduocate noſter clæmētiſ ſime te rogamus audi nos.

AGnus dei q tollis peccata mundi parce ei dñe.

AGnus dei qui tollis peccata mundi miſere ei domine.

AGnus dei qui tollis peccata mundi dona ei pa cem. Kyrieleiſon. Chriſteleiſon. Kyrieleiſon. Pa ter noſter. Saluum fac ſeruum tuum deus meus ſperantem in te. Eſto ei domine turris fortitudi nis a facie inimici. Nihil proficiat inimicus ĩ eo: & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Do minus uobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Capitulum quinquageſimumprimum.

m Iſericordiam tuam domine ſancte pater omnipotens æterne deus pietatis affectu

pro aliis orare cogimur. Et qui pro noſtris pecca tis ſupplicare nequacq̃ ſufficimus: tamẽ de tua gratuita pietate confiſi clæmentiã tuam depoſci mus: ut animam huius ſerui tui ad te reuertentem cum pietate ſuſcipias. Adſit ei angelus Michael: & per manus ſanctorum angelorum inter ſanctos & electos tuos in ſinu Abrahe: Iſaac: & Iacob patriarcharum tuorum eam collocare digneris. Quatenus a principibus tenebrarum: & de locis pœnarum liberata: nullius ignorantiæ: aut proprie uoluntatis: ſeu fragilitatis confundatur erroribus. Sed potius agnoſcatᷓ a tuis: & ſanctæ beatitudinis requie perfruatur: atque cũ magni iudicii aduenerit dies inter ſanctos reſuſcitatus: gloria beatiſſimæ uiſiõis perpetuo ſacietur.

Capitulum quinquageſimum ſecundum.

ſVauiſſime domine ieſu chriſte per illum ineffabilem amorem qui te digniſſimum innocentiſſimum: & delicatiſſimũ paterne charitatis filium pro nobis factum hominem: uulnerari: ac crudeliter mori pro hominibus redimẽdis fecit. Indulge clæmẽtiſſime domine ieſu huic famulo tuo omne quod cogitatu: uerbo: & facto: affectõibus: & motibus: uiribus: & ſenſibus

animæ:& corporis deliquit. Et in ueram omniũ peccatorum ſuorum remiſſionē ſacratiſſime domine Ieſu tribue illi ſpirituale lumen tuæ ardentiſſimæ charitatis: qua totius mũdi culpas diluiſti: ac in plenam ſuppletionem omnium negligentiarum ſuarum meritũ tuæ ſacratiſſimæ paſſionis adde. Et inſuper tribue illi fructum omnium bonorum operũ per electos tuos factorum qui tibi placuerunt.

Capitulum quinquageſimumtertium.

g Lorioſiſſime domine Ieſu in unione feruētiſſimi amoris qui te coegit incarnari: & anxio ſpiritu in cruce mori. Ad medullam dulciſſimi amoris tui pulſamus: ut famulo tuo om̄ia peccata quæ omni modo commiſit dimittas: & tuæ perdigniſſimo paſſionis merito omiſſa ſuppleas: faciaſque illum experiri ſuperabundatiſſimam multitudinem miſerationum tuarum. Diſponas eum placidiſſimo tibi modo ſibi utiliſſimo: ſuaui patientia: uera pœnitentia: plena remiſſione: recta fide: ſpe firma: ardenti charitate: & perfectiſſimo ſtatu. Quatenus inter dulciſſimum amplexum: & ſuauiſſimum oſculum tuũ o clæmentiſſime domine ieſu eius anima lætanter expiret ad tuam æternam laudem: & gloriam laudandam: cognoſcendã: & fruendam. Amen.

Capitulum quinquageſimum quartum.

[S]Acratiſſime domine ieſu chriſte ĩ manus inextinguibilis miſericordiæ tuæ commẽdamus ſpiritum huius famuli tui ſecundum amoris tui magnitudinem: quo ſe anima tua ſanctiſſima in cruce glorioſo patri commendauit. Suppliciter deprecantes quatenus per illam ineffabilem qua diuina paternitas in ſe totam traxit illam ſanctiſſimam animam tuam: ut in iſta hora famuli tui in eodem feruentiſſimo amore ſpiritum eius ſuſcipias. Eia dulciſſime domine Ieſu animarum redemptor: benigniſſime domine p illam lachrymabilem uocem qua ſecundum humanitatẽ pro nobis moriturus: laboribus: & doloribus paſſionis adeo conſumptus es: ut te a patre derelictum ter clamares: ne longe ſuauiſſime ieſu facias a famulo tuo tuæ miſeratiōis auxiliũ in hac hora afflictionis ſuæ præ defectione: & cõſumptione ſpiritus te inuocare non ualente. Sed triumphum ſanctæ crucis: & per uirtutem ſaluiffere paſſiōis: & gratioſæ mortis tuæ: cogita de ea cogitationes pacis: miſericordiæ: & conſolationis: & non afflictionis. Et libera eam ab om̄ibus ãguſtiis: & tua ſolita benignitate bõe ieſu & dulciſſime pater erue illã a tormentis ſibi deputatis: & ad æternam requiem illam perducere digneris

cum uoce exultationis.

Capitulum quinquageſimūquintum.

o Intemerata: & ĩ æternum benedicta uirgo maria: totius anguſtiæ & miſeriæ adiutrix: famulo tuo ſuccurre dulciter: & tuam glorioſam faciẽ oſtende illi in hac ultima neceſſitate ſua: & om̃es inimicos eius in uirtute ſuauiſſimi filii tui domini noſtri ieſu chriſti: & ſanctæ crucis diſperde: & a potente dracone ĩfernali: & ab eius horribili uiſione: & ab omni fraude malorũ ſpirituum defẽde illum: & ex om̃i anguſtia libera eũ: quatenus tecum cũ beatis ſpiritibus dño deo in cœlorum beatiſſimo regno ſpũales pſoluat laudes. Amẽ.

Capitulum quinquageſimumſextum.

ſ Ancte Michael archãgele huic animæ ſuccurre apud altiſſimum iudicẽ. O inuictiſſime pugil aſſiſte huic famulo ĩ extremis laborãti: & eum potenter a dracone infernali defende: & a uiſione: fraudeq; maloꝝ ſpirituũ. Inſup exoramus te præclarũ: ut in hac extrema hora uitæ ipſius aĩam eius benigne ſuſcipias: ac ſuauiter ĩ ſinum tuum recipias: illamq; in locum refrigerii lucis & pacis perducas cum domino ieſu æternaliter regnaturum. Amen.

Capitulum quinquageſimũſeptimũ.

m Iſericordiſſime dñe ieſu chriſte fili di uiui

in unione illius cõmendationis qua tuã ſanctiſſi mam animã ĩ cruce moriens patri tuo cœleſti cõ mendaſti miſericordiſſimã bonitatem tuã humi liter exorantes petimus: quatenus per oẽm hono rem & meritũ eiuſdem aĩæ tuæ ſãctiſſimæ ꝑ quã oẽs ſaluantur aĩæ: & a morte perpetua liberãtur: animæ famuli tui miſerearis eam miſericorditer liberans ab inſidiis diaboli: a miſeriis & pœnis: & illam per tuæ ſanctiſſimæ paſſionis meritum: & beatiſſimæ Mariæ uirginis & matris tuæ interceſ ſionem ad contemplationẽ tuæ beatiſſimæ uiſio nis perducere digneris.

Capitulum quinquageſimũ octauum.

c Ommendamus te frater chariſſime omni potenti deo: cuius creatura es: ut cum hũa nitatis debitũ morte interueniẽte perſolueris: ad creatorem tuum qui te de limo formauit reuerta ris. Et de corpore egrediente aĩa tua ſplẽdidus an gelorꝫ chorus occurrat. Patriarcharꝫ cuneus: & ꝓ phetarũ numerus ſuauiſſimo modulamine tibi occurrat. Iudex apoſtolorũ ſenatus tibi blandus exiſtat. Candidatorꝫ tibi martyrꝫ exercitus iubilo ſo concentu obuiet. Liliata rutilantiũ confeſſorꝫ turma te lætanter excipiat. Iubilantiũ te uirginũ chorus ſuſcipiat: & beatæ qͥetis ĩ ſinu patriarcha rũ tibi ſuauis amplexus apꝑeat: q inter aſſiſtẽtes

ſibi iugiter te intereſſe faciant. Ignores oīō quod horret in tenebris: quod ſtridet in flāmis: qđ cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus ſathanas cum ſatellitibus ſuis. In aduentu ſuo te cōmitantibus angelis contremiſcat: atq; in æternæ noctis chaos diffugiat. Exurgat deus: & diſcipent̄ inimici eius: & fugiant a facie eius qui oderunt eū. Cōfundantur igitur & erubeſcant cōtra te legiones tartareæ: & miniſtri ſathanæ iter tuū deducēte te angelo bono impedire non ualeant. Ab omī cruciatu dn̄s Ieſus chriſtus te liberet qui amoroſe ꝑ te mortuus eſt. Dn̄s Ieſus chriſtus dei uiui filius ſaluator & redēptor tuus intra ſancta paradiſi & amœna loca te conſtituat. Et ille ſuauiſſimus paſtor inter oues ſuas te locās agnoſcat: cōplectat̄: & nutriat. Ille amātiſſimus pater ſui ſacratiſſimi ſanguinis precio ab oībus peccatis quæ cōmiſiſti malitia: miſeria: fragilitate: & ignorātia: mortaliter: & uenialiter te benigne abſoluat: atq; cū electis ſuis ad dexterā ſuā perenni iubilo fruitur̄ te cōſtituat: quatenus piiſſimū redēptorē tuū facie ad faciē uidens: & præſens ſemp aſſiſtens beatis oculis glorioſa uiſiōe potiaris: donec glorioſo corpore tuo reaſſūpto ſpūali: eſſentiali: & accidētali premio cū beatiſſimis ſpiritibus læteris perenni æuo. Proficiſcer̄ nūc aīa chriſtiana de hoc miſero

mundo in nomine patris oı̄potentis qui te crea-
uit. In nomine domini noſtri ieſu Chriſti qui ꝓ
te amoroſe paſſus ē. In noīe ſpiritus ſancti qui ī
te gratioſe fuſus eſt. Occurrant tibi & ſuccurrāt
ſancti āgeli & oīs chorus angeloꝝ. Subueniāt ti-
bi patriarche in lumine fidei ſue. Prophete ī ſplē
dore ſpei ſue. Apoſtoli ī fulgot eximie charitatis
Martyres in manſuetiſſima patientia. Confeſō-
res in humili obedientia. Virgines in lucida mū-
ditia. Monachi in clara humilitate. Heremite in
ſincera uitæ auſteritate. Et om̄es ſancti & ſāctæ
dei in plena uirtutum conſumatione. Adiuuent
omnes orationes ſanctorum: ut in pace & luce
ſit locus tuus: & habitatio tua in cœleſti hieruſa
lem per æterna ſecula ſeculorum. Amen.

Actum quoq; hoc opus Venetiis ex inclyta: fa-
moſaq; officina ſummi uiri Nicolai Ienſon Gal
lici. Anno dominice natiuitatis. M.cccclxxx. deci
maſquartas klendas Sextiles.

a .i.uacat	duodeci.	abũdãť	libellus
Ego fili. h	Rationẽ	mum eſt	capitulũ
uniuer.	penitus	ſam &	oroĩbus
oratio	ſatiõe in	berat eos b	Ciſti
b Gratiam	mundo a	i.uacat	militia.
res ſuos i	Eam qñ	liber qui	ſunt
ſporte	fectionẽ	in dei	q male.
tulum	tempore	maxi. c	Iacobus
c Atteſtã.	afflicta b	Sũma	de man.
ritudine k	Corpali	eſt ĩ ſup	q fuerit
ĩ oculis	us qui	quam	capi.x.
citaſſet	errorem	uxorem d	Impius
d Tunc	corpales c	Mentis	de cõſilio
de ĩ pa. l	Dicit eĩ	octaua	famulo.
te ďſle.	diutius	re ſe	poſſet
ſicut &	eiuſmõi	aderunt e	Facultas
e Reſpon.	qui ĩ di. a	i.uacat	capi.iiii.
ſti me m	Cordis ẽ	ad fratreſ	agendis
tãdem	o penitẽ.	tiõis ſuæ	neſcit
ſe ab ini.	eſt enim	mediũ f	Ritatis
f Mor℞ &	ieſu in	phetæ	catis uerã
teat & n	Eiicias	ad quen.	domine
hoc agi.	reſpõſio a	i.uacat	teritu
tẽpaliũ	ꝓ malo	frater Io. g	Sancta
g Et tolle.	datione	hũana	ſancte
deus o	In rene.	ſiccarios	ut eũ in
obſtup.	cœpta a	i. uacat	aĩæ &